



IGNORAMVS.

Comœdia coram Regia Maieſtate IACOBI *Regis* ANGLIÆ. *&c.*

LONDINI,
¶ Impenſis *I. S.* 1630.

Dramatis Perſonæ

THEODORVS.	*Senex.*
ANTONIVS.	*Iuuenis.*
IGNORAMVS.	*Cauſidicus.*
DVLMAN. }	
MVSÆVS. }	*Clerici Ignorami.*
PECVS. }	
TORCOL.	*Leno.*
ROSABELLA.	*Virgo.*
SVRDA.	*Nutrix Ancillæ.*
TRICO.	*Seruus.*
BANACAR.	*Maurus.*
CVPES.	*Paraſitus.*
POLLA.	*Cupis Vxor.*
COLLA.	*Frater.*
DOROTHEA.	*Matrona.*
VINCE.	*Puer.*
NELL.	*Ancilla.*
RICHARDVS.	*Seruus.*
PYROPVS.	*Veſtiarius.*

Tibicen.

Nauta.

Perſonæ Mutæ.

Lorarij.

Caupones.

Meretrices.

Scæna.

BVRDEGALA.

Curſor,

Prologus Prior.

Curſor, Muſarum Caballus, viz.
Davvs Dromo.
Equiſo.

CVR. Num quis Muſarum Caballum vidit hic? fontem Caballinum vt præterij modo orarunt Muſæ illum vt perquirerem. Hac ego quæſitum miſſus, illac illius qui eum curat *Equiſo*. EQV: Ecquid de Caballo inaudiuiſti'n Puer? CVR: Nihil prorſus *Equiſo*. EQV: Optimum eſt igitur tu vt præconium facias. EQV: Bene mones, *viz*.——————*viz*; Muſarum Caballus aberrauit modo, nomine *Dauus Dromo*, qui ſemi— homo et totus Caballus eſt, biceps beſtia, vegrandi capite, et recaluaſtro, per longis auribus, rubicundo roſtro quaſi, ore patulo, labris promanentibus, iuva curta et ſubruſſa, excoriato Dorſo, pedibus anterioribus vlceroſis, colore vario, cum rotunda macula in clune nigricante, ſi quis eum reddere aut commonſtrare voluerit, gratis inierit illius, et quotquot voluerit equas. CVR: Agite bonus eſt admiſſarius————(*Caballus innuit*)————EQV: Ecce iam adeſt: Mihimet Heus

puer, ambo comprehendamus eum. CVR: Oh ferox calcitro. EQV: Compellamus illum intrinſecus in iſtum angulum, Blande puer popyſma palpemus eum, *Ho ho ho ho ho ho Meſſe ho Daue ho Meſſe ho Dromo ho Meſſe Daue.* EQV: Ah nequiſſima beſtia vin aufugere? non tu *Dauus Dromo* iam ſed Dromedarius. CVR: Ergo velim hunc *Dauum Dromonem* in piſtrinum dari. EQV: Etiam morſicas? CVR: Etiam calcitras? EQV: Quæris iam lumbi fragium? tranquillum reddidero te, aut ha, ha, he: Vt illum ad Muſarum fontem aquatum duxi modo, de ſubito curſum proripiens, ſeſe agere dixit velle Prologum hic, nempe Magnatum frequentiam impudens amabat homo, quam etiam nunc affectat impudentior beſtia. CVR: Monſtrum narras. EQV: Homo fuit ſed cum homo non magis ſaperet, quam Caballus, iratæ Muſæ, quas vexabat indies mutarunt eum in Caballinum hominem. CABAL. Malum: vis me ornare ac ſi eſſem Aſinus: Agam tamen Prologum. CVR: Prologum tu?——atque Latinum etiam?——CABAL. Quid ni ego qui omnes linguas calleam [illegible], *Latinam*, *Francoiſe*, *Caſtallino*, *Italiano*, Teuch, Polaskei. EQV: Hinnit tantum bene, nihil loquitur. CAB. Ipſe porro a Principum Legatis literas accepi ſæpius, quibuſcum et vna vixi familiariter; Nam Caballus licet, Caballus ſum Politicus. EQV: Caballus etiam Eccleſiaſticus olim, Decanus ſc. de *Dunſtable*. CAB. Idque gratis etiam ſine Symonia, Doctus enim ſum, nam Diem integrum in

Bibli-

Bibliotheca olim ieiunus reclusus fui: Quin æquus ego cum Doctore Equite linguis varijs pro gradu cum plauſu diſputaui; qua propter iam nunc ſpero Graduatum fore. CVR: Imo tranſcendes ab Equo ad Aſinum. CAB: Neſcis *Caligulam* conſulatum deſtinaſſe, incitato equo, purpureaque dediſſe tegumenta ei? EQV: At incitatus nobilis et velox equus, tu ſegnipes Caballus. CAB: Egon? qui tot Regiones pleraſque etiam ſine viatico peretraui ſæpius. Quin curſu prouoco omnes Nobilium hic præſentium equos calcipedes, ſiue *Puppy*, ſiue *Franklin*, ſiue *Peppercorne*, ſiue *Crop-eare*, ſiue *Snow-ball*, ſiue *Saucie Iacke*, *Frecke*, *Spanyerd*, *Peg with a Lanterne*, *Strawberries and Creame*, tanti, quanti vel in ſtadio *Roystoniensi*, *Brackliensi*, *Gattertiensi*, *Coddington*, et niſi tintinnabulum vincam ego, caudam curtate mihi, neque etiam quemuis equum vel fatidicum vel magicum recuſo: ſi preſtigias, ſi predictiones, ſi diuinationes vultis. Caballus enim ipſe ſum Cabaliſticus. CVR: Indica ergo formoſam hic quis amat fœminam. CAB: Faciam vel tectis oculis. CVR: Age narra, quis? CAB: Pleraque pars ſpectantium præſertim non ridentium. EQV: Quin ipſe etiam olim amaſti perdite. CAB: Imo potius perdite amatus fui, nam plurimæ mulieres pulchræ optarunt mihi familiares fore. EQV: Vera dicit namque olim illius Domina, amoris ergo, ſellam familiarem ſuo ſibi ſuperfudit capiti, ſed dic amplius, age, iſta num in Comœdia riſus inerit? CAB: Riſus erit certe, ſi riſus erit. EQV: At

 quis

quis ſermo fuerit de fabulâ? CAB: Fabulas meliores ſpectari nummulo Londini indies, Comœdiæ Legibus hic corrumpi Comicos. EQV: Quodnam de Actoribus iudicium? CAB: Miſeros Hiſtriones eſſe Academicos. EQV: Quiſnam Actorum fautores plurimos habuerit? CAB: Quis niſi *Danus Dromo* toto notus in orbe nobilis Quadrupedans. EQV: Qui hoc? CAB: Sat habet fautorum ſemper Caballus bonus. EQV: Se iam facetum putat, Actor ac ſi eſſet Sextius Caballus. CVR: Ludit qui ſtolida procacitate, non eſt Sextius, ille ſed Caballus. EQV: Num quis quam emet ridiculum hunc Caballum? CVR: Sine vt inſpectem, phy vetulus eſt, ac caudam pulchellam habet et per quam robuſtum oryſpegium. CAB: Cauda eſt pulchra ſatis, hac Muſcas a Muſis abigo. EQV: Quin tu ipſe iam muſca es; quippe qui Menſas alienas nec inuocatus aduolas. CVR: Odioſus eſt, et nihili, illum hinc abducito. CAB: At primum agam Prologum. EQV: Eamus, nihil opus, nam qui primi in Scænam prodeunt aperient Argumentum. CAB: Et illi narrabunt ſerio. EQV: Sed poſt ſcænam primam, quæ fabulœ ſumma eſt, vix quidquam agetur ſerium. CAB: Et dixerint quod Scena eſt *Burdeaux*, vbi et ipſe etiam olim fui; Quodque tu *Surdum* agas *Nanum*. CVR: Eo ſum beatior nam nihil audiero ſi nos exploſerit quis. CAB: Quodque nomen eſt IGNORAMVS. CVR: Nempe IGNORAMVS, quænam aut qualis fuerit hæc Comœdia, ipſe dum pronunciauerit in cuius

vnius

vnius manu eſt dubia fortuna Scænica. CAB: Quin igitur ipſe Prologus fiam: *Ignoramus* enim Cauſidicus et ego affines ſumus. EQV: Scire; Ambo enim barbare loquimini. CVR: Caballus hic barbarior videtur, de hinc itaque Muſarũ minime, ſed barbari Caballus et is *Ignorami*. CAB: At nuts, vel ingratijs agam Prologum tamen. EQV: Os impudens! ad huc tu Prologus? Prologus tu? —— tu? Prologus? Ego te, ———— CAB: Noui ego vires, et Veneres meas agam. CVR: Sine eum bene agat, illum tu hinc agito. EQV: Incipe. CAB: *Quandoquidem* ———— *Quandoquidem* ——— EQV: *Quandoquidem*? quam Comice dictum? ſiccine in limine reſpiras? *Quandoquidem*? CAB: *Quandoquidem Comœdia eſt ſpeculum humanæ vitæ, et in veterum Comœdijs non parum ingenij, iudices, quod in me ſcio non ſit exiguum: Nempe ——— vixi ——— verbi gratia ——— Pindarus.* EQV: Siccine *Pindarizas*? Os Caballi tace, quideſt quod nunc cogitas? CAB: Mihi cogitanti mihi ſæpe numero Prologum. EQV: At faxo Epilogum facias. CVR: Abripito illum hinc indomitus eſt, et pertinax. CAB: O tempora O mores quo me vertam in hac deſloreſcente ætate Prologorum. EQV: Adhuc obſtrepis? non hinc abieris? *Eh allons.* CAB: Quin fonte labra prolui *Caballino, Cantarem Doctius Pegaſeium Melos* magiſter artis, ingenijque largitor ipſe *Dauus Dromo.* CVR: *Dauus* perturbat omnia. EQV: At faciam ſileas et obtemperes; tene hunc puer, dum ——— *They put Banacks*

on his noſe———naribus indatur illi———Hem ———ſic datur iam quietus es, iam age Prologum. CAB: Prologus ero tamen. EQV: O ſilum et naſutum Prologum? CAB: Bene eſt in Muſis hæc narrabo. EQV: At muſæ iratæ hodie furcillis te eijcere. Hinc te iam ducam igitur quo dignus es, ad *Ignoramum*, is te ſemper poſthac inequitabit.

Exeunt CAB. *et* EQV.

CVR: *Da veniam ſubitis, non diſplicuiſſe meretur.*
Feſtinat (*Cæſar*) *qui placuiſſe tibi.*

Prologus Poſterior.

Ad ſecundum Regis aduentum habitus.

Puer Veredarius, DVLMAN, IGNORAMVS, MVSÆ DAVY, SCHIOPPIVS, *Teſtis*.

Cornu ſonat.

P. VER. Trin——Tran, ſecedite, Date viam veredarius ego ſum, Londino huc qui vobis miſſus vt renunciem, quod iam IGNORAMVS nec agitur, nec poteſt agi, Ne me intuemini, ita res eſt vt dixi, rationem quæritis? nemo Cauſidicorum quiſquam commodare togam *Ignoramo* volet, nemo *Ignoramus*, *Ignoramo*, Nempe nuper lata prohibitione cautum, prohibitione ſc. vt ſoli Cauſidici Theatro immunes fient, quamobrem exurgere iubet vos hæc charta et diſcedere. Spectatores peracta eſt hæc fabula: valete et Plaudite.

DVL.

Dvl: Quid? Plaudite? quid hoc eſt? Num ludus noſter venit ad non ſuite iam? oh, video Poſtam, Poſta, Poſta, num portaſti togam? Ver. O *Dulman*, minime *Dulman*, minime non quit parari toga prece neque precio. Dvl: Quare? Nam præter quod eſt prohibitum, nunc maximo *Deo Termino*, qui cedit nemini, togis fiunt ſacra innumeris. Dvl: Hum, hum, hum, *vouz auez* literas pro me nonne? Ver: Has tibi, iſtas hero attuli *Ignoramo*. Dvl: Hum, hum, hum, hic ſunt, noua ſcio, tu dato literam hanc meo magiſtro, dum ego lego meam P. Ver. faciam. *Exit Vered.*

Dvl: ——— *Legit ſuperſcriptionem literarum Dulman iunior, qui eſt puny Clericus de Ignoramus iunior qui eſt frater de Ignoramus ſenior.*

Dulmaniſſimo Auunculo ſuo Dulman ſenior, qui eſt ſenior clericus de Ignoramus ſenior ——— S. P. D. ——— quid hoc eſt? S. P. D. *ſpeed*, oh, oh, venit per Poſtam *ſpeed.*

Aperiens literas legit

SI ingroſſas inſtrumenta bene eſt, ego quidem ingroſſo inſtrumenta, ſciant preſentes et futuri mi auunculi Dulman, quod eſt comunis apud nos reportatio, quod Ignoramvs *eſt vnus groſſus ludus; et meus magiſter ait quod vertit omnes libros ſuos (nam habet paucos) et inuenit quod ipſo facto eſt riotoſus et riotoſus ludus. Quare illi Predicabiles qui volebant geldare Ignoramum, vel qui ligabant eum cum aburdis et funis: Imprimis Trico, Cupes, et Cola venient in Cameram Stellatam pro vna terribili riota. Dicit*

etiam

etiam quod habet tria beneficia quæ dediſſet iſtis Prædicabilibus gratis antea, (quod ego non credo tamen) ſed ait qui nunc habebunt ea ſolvent pro iis, pro toto et in ſolido. *Præterea dicit quod eſt unum* Jeofaile *in ludo facere communem Cauſidicum communem ſtultum qui ſolet facere alios communes ſtultos, et alium* Jeofaile *facere, eum loqui latinum in Burdeaux quod neque illic neque hic poteſt. ſed ſi agunt iterum iſtum prohibitum ludum faciemus de eo Balladam gallantiſſimam meliores ijs quæ iam factæ ſunt, quãquam ſunt ſuperflua et ſtant cum nobis in caſu contra Cantabrigiam licet multi dicunt quod ſunt Aſinini famoſi libelli, et idio digniſſime damnati pro hæreticis nuper in Concilio Oxonienſi. Bene bene, ego ſcio quod ſcio. Tu quæſo (mi Avuncule Dulman) pro Dulmanitate tuâ dic nulli Prædicabili hoc quod ſcribo*———Nulli? at ego dixi vobis omnibus ſtultus nepos non potuit ſcribere ſic in initio? ſed quæſo vt ſit vnum nihil dicere de hoc, pro hac re iam non legam plus ad vos. *Intrat Veredarius.*

P. VER: Dedi literas *Ignoramo*, ſed cui rei iſte apparatus? DVL: Oh eſt pro examinatione duorum magnorum nebulonũ coram magiſtro meo *Ignoramo*. P. VER: Qui ſunt illi? DVL. Quidam *Gaſpar Schioppius* et quidam *Dauus Dromo*. P. VER: Num ergo pronuntiare poteſt *Ignoramus*? DVL: Non pronunciat ſed pronunciat tamen, nam neq; Iudex neque Iuſticiarius eſt ſed deputatus tantum ad capiendam examinationem hanc——— *Intrat Meſſo et Lictor.*———Oh iam veniunt, *Magiſter Ignoramus*, nunquam tu venis foras ſine toga

ga

ga vocatus a *Gowne*? IGNO: At ego veniam in chla-
myde vocatus a *Cloak*, potius quam non currat lex,
puer, abi hinc et commanda vt producant huc eti-
am nebuloſiſſimi *Schioppium* nobis, dum ego hunc
examino. P. VER: Fiet. *Exit Puer.* IGNO:
Sirrah, ſirrah, quod eſt tuum verum nomen, *ſirrah*,
hah? MES: *Dauus Dromo*. IGNO: Alias *Meſſe Davy*,
ſirrah nam cum eras arreſtatus dixiſti quod non e-
ras *Dauus Dromo* ſed *Meſſe Davy*, et ſic faciebas eſ-
capium, hah? Duplex nomen, duplex nebulo; *Dul-
man* lege accuſationes. DVL. Imprimis preſentant
quod tu *Dauus Dromo* modo querrino arranatas,
aſſaltabas ſpectatores IGNORAMI, cum terribili en-
gina vocata anglice *a hobby-horſe* cum kikkis, et
friskis, et cum horrendo ſonitu *Snip ſnap-ſnip-ſnap*
ad terrorem legei populi Domini Regis et ad mor-
tem Infantum. IGNO. Hah, quid ais ad hoc *ſirrah*?
MES: Erat quidam mihi ſimillimus, nam ego qui-
dem non intereram dum acta eſt IGNORAMVS.
Notiſſimum eſt enim me ea nocte fuiſſe ebrium.
IGNO. Ohoe, ebrius nebulo et mendax, tute ipſe e-
ras. MES. Eram et non eram. IGNO. At *ſirrah*, *ſirrah*,
non tu tunc et ibidem challengebas equum Regis?
quod eſt *petty treaſon*, *ſirrah*. MES. Ego prouoca-
bam tantum Magnatum equos. IGNO. Oh, nota
Dulman ſcandalum magnatum equorum. DVL.
ſcandalum magnorum equorum. IGNO. Tu es
vnus equus vocatus *ſaucie Iacke*, nam tu es olim
capiebas parietem de Principe. MES. Oportune
feciſſe memini, cum erudiebam Legatos vt accipe-
rent. DVL. Magiſter, puto potes habere eum de

Idio-

Idiota examinando, nam olim voluit eſſe *Decanus de Dunſtable*, ſi vis, ego ſcio legem. I G N O. O tu, tu ſcis legem non ego; Tu docebis quid debeo dicere. Eſtis duæ Idiotæ. Bene, examinabo, *ſirrah*, quid differunt ſtultus per naturam, et ſtultus per artem? M E S. Quantum ego et *Archy*, vel quantum *Ignoramus* et *Dulman*. I G N O. Hoh, video quod es maior nebulo quam ſtultus *ſirrah*, et tamen es magnus et ſuperbus ſtultus: nam auſus es etiam diſcare cum Regis ſtulto. M E S. Pares cum paribus. D V L. *Meſſe Dauy*, Tu ſcies quod eſt *petty Treaſon*, *Meſſe Dauy*. M E S. Quid *Petty Treaſon*, *Dulman*? I G N O. Sed, *ſirrah*, num id verum quod tu ſcribebas in *Latino* ad Papam vt faceret te Cardinalem? M E S. Imo et fuiſſem ſi ſcripſiſſem congrue. I G N O. Congrue? nota *Dulman* quod cuneauit et tranſportauit trans mare *falſum Latinum*, contra ſtatutum in eo caſu prouiſum et editum. D V L. Ergo magiſter, hoc eius *falſum Latinum* confiſcabitur ad noſtrum vſum. I G N O. Sine me, ego capiam ordinem pro hoc, *ſirrah* quantum habes de eo? M E S. Plurimum, ſed non quantum vobis ſufficit. I G N O. Bene, video quod es notorious malefactor, et retornabo tantum ad magiſtratum et ſcribam vt pronunciet de te in modo et forma ſequente, Primo ſi venis ad Aulam vt ſis iactus ſurſum Anglice *toſt in a blankett*, ſi vnquam ſis in amore habebis vomitum a *Cod-peece* conſutum poſt te, et ſic ſaltabis vt olim feciſti *Geneua*, et eris vagabundus, nec vnquam habebis vllum panem aut potum de tuo, ſed nunquam, quaſi muſca viues ad alienam menſam, quam-

nis ſæpe repulſus cum plagis etc. Iam auferte Nebulonem. Mer. Hei mihi perij propter excellentiam ingenij quæ alijs ſalutaris eſt. *Exit Meſſe.* *Intrat Schioppius Teſtis.*
Ignor. Papæ! venit ille nebulo in Printo *Schioppius* Test. Heus vos, adeſt *Schioppius*, fur, triſur, triſurcifur, cauete crumenis adeſt Legatus Latronum *Schioppius*.
Non fuit *Autolyci* tam piccata manus.
Ignor. Vide annon ſit arſus in manu? Test. Sæpius, totus eſt ſtigmaticus. Hui, en vt ſunt vngulatæ manus et viſcoſæ. Dvl. Profecto en etiam habet naſum ſciſſum, et eſt *Crop-eare* etiam per markas. Hic eſt ille *Gaſpar Schioppius* è *Munſter*.
Ignor. *Gaſpar a Munſter.* Test. *Munſter Franco* qui cum matre eius conſueuerat pater illius fuit: eſt ille notus ſpurius. Ignor. Oho, num eſt baſtardus? *Bon baſtard eſt aduenture: Mais meſchant eſt de nature*: perge Teſtis. Test. Auream etiam ſuffuratus eſt catenam patri ſuo. Sch. Tum vero non niſi 14. annos natus eram quod ingenij indicium mei extitit. Dvl. O ſceleſtum ab ipſo cunabulo Anglice a *Cradle*. Test. Quin pater, eo adoleſcente, adhuc deploratū Nebulonem fore ſuis amicis, dixit. Ignor. Vere dixit. Test. Plagiarius etiam hoſpitij *Geſſanie*, alijſque libros et chartas ſuppilauit. Sch. Fateor. Literatum furari literas furtum non eſt. Dvl. Sta longius impudens, puto aliquas chartas meas furatus eſt, deſunt nonnullæ. Sch. Ego chartas [illegible] —— mihi charta ſupereſt, meas ac ſtor [illegible]

 quas

quâs vulgaui chartas. IGNO. Imo tu ſcribillas famoſos libellos. TEST. Nam adoleſcens ſcripſit ſpuriſſima *Priapeia*. IGNOR. Quid? TEST. Quod honeſte accuſari non poteſt. SCH. Pro illis confidenter dicam, omnes mihi ſeipſas debent fœminæ. IGNOR. Qua in re? SCH. Illis ego reſtituam muliebria mutando L. in N. DVL. Magiſter. L. in N. hic eſt pecia ſecretæ knaueriæ. TEST. Vide notas eius impudiciſſimas etiam: ſcripto vitam paſſerum hominum vitæ prætulit, idque pathetice valde quod ſunt ſalaciores. IGNO. Audio etiam quod es Apoſtatus et Renegado. TEST. Tunc non Gaſpar ſed *Iacobus Schioppius* erat; Nam Eſuritor ne periret fame librum ſcripſit *Romæ* de conuerſione ſuâ. *Romam* petebat Eſuritor *Schioppius*, profectus ex *Germania*. SCH. Heus, cum eſuriebam, Cardinalis *Madrucij* culina patebat mihi. TEST. At ibi famelicus cum canibus pugnabas ringens delingendis patinis. IGNOR. Eſt carmen prouerbiale.

Si canis in Hilla religatur mordet in illa.

DVL. Ha, Ha, He, magiſter. SCH. At ego de conuerſione mea, inſignis Theologus repente ex *Bibliotheca Vaticana* prodij. TEST. Scilicet vt pote qui olim ſacris Biblijs *Plautum* prætulit *Atheos*. Hinc *Bacchum*, *Cererem*, *Venerem* ſuper omnia colit, hinc eſt quod cum dijs hominum belligerare ſolet, *Romuli* Paraſitus, pater eſuritionum qui animam tantum pro ſale habet, vixque pro anima ſalem. Hinc periuriorum et mendaciorum mole cælum affectat Terrigena, Idolum impudentiæ,

tiæ, patibulare mendicabulũ et Carnificum victima, hinc quod ſordido dente, et fœdis linguæ probris Cerberus ille ſacra Regni numina laceſſit. Hinc quod nigra inſoleſcit fama Archicarnificis et Proſtibuli filius, hinc quod impudentiſſimus conſcribillator ſtilum ſtringat contra Legatos latro ipſe maximus et *Lanterino.* SCH. At meus Legatus latro forſan efficiet, vt ſim Legatus à latere. IGNOR. Interim eris ablegatus, et ligatus vt Latro, Eſt notabiliſſimus nebulo quem vnquam vidi in vita mea, Bene informabo Iudicem vt te puniat ſic. SCH. At ego *Baro* ſum, nobile mihi conuenit iudicium. TEST. Ergo iudicari æquum eſt per pares ſuos, nempe *Barones Campi-floræ*; O furianti *Baroni.* IGNOR. Scio per legem hoc erit iudicium tuum. Primo quia es magnus mendax lingua tua defamatoria erit perforata cum candenti ferro, quia es impudens, ænea facies inuretur in frontem tuum. TEST. Fronti? fruſtra namq; huic nec frons nec cor vnquam erat. IGNO. Et quia habes os imputiſſimum, vt olim *Heidelbergæ* portabere ad vnum ſtercorarium, et ibi os tuum totum implebitur cum fimo, et ſic fœdiſſima tua anima ibit extra per *ὄπισθεν πορνειῶν* vt inquit *Græcus Ethnicus.* DVL. Quid quid magiſt er? IGNO. Eſt *Græcum* ſtulte. Oh, ego non poſſum ſcribere, *Muſæus* debet ſcribere hoc. IGNO. Aſine, Aſine: Poſt id cadauer tuum iacietur in vnius Abbatis Latrinam. SCH. At ſic damnari nequeo, quoniam ſæpe ſum phreneticus, cauete quid facitis. IGNOR. Tollite Nebulonem hinc. TEST.

Caue-

Cauete marſupijs. *Exeunt. Intrat Veredarius.* P. VER. Signor toga tibi iam parata eſt. IGNOR. Quomodo? P. VER. Vna inuenimus inter *Schioppij* furta. IGNOR. Ergo ego adibo iam et induam eam togam, poſt *Ignoramus* retornabit ad vos iterum. P. VER. At redi ſtatim Signor. IGNOR. Erit retorna bre=uis ne time. DVL. *Dulman* retornabit etiam, nullum erit eſſouium. *Exeunt* IGNO. *et* DVL. P. VER. Redibit iterum in ſcænam *Ignoramus*, verum quod redit. Illi nihil, ſed veſtræ clementiæ *Cæſar* patrone *Cæſarum* debetur. Veſtro debetur amori Academiæ.

(eſt.
Tantus noſtræ honos Academiæ, qui tanto maior
Quanto literarum ipſius es perfecta Academia.
Ob iſthoc decus magna inundamur nos inuidia.
Ecce iterum nigros corrodit liuidus vngues.
Da tantum *Cæſar* tu magis vt doleat.
Da *Cæſar* (quod potes) tantum vt doleat.
Vt rumpatur quisquis rumpitur inuidia.

FINIS Poſterioris Prologi.

IGNORAMVS.

Actus Primus: Scæna Prima.

THEODORVS. ANTONIVS.

THEO. Ergone obſequeris fili? ANT. Pater es, quid vis iube.
THEO. Euge fili Antoni?
Quin tu primum omnium quid ſit quod te velim,
Quantique negotium, paucis auſculta mihi,
Audiſſe te per nebulam credo ante hâc,
E *Londino* vti Mercator a me *Burdegalæ* hîc
Magnam mercatus eſt, vim vini nobilis,
Grande id pecuniâ, ſed præſenti nuſquam,
Quippe ſcripſit nummos, ſcripſit, non ſoluit tamên
Tu fili, nil crede: hic neruus ſapientiæ.
Intelligis? ANT. Recte Pater; perge ſi placet.

THEO. Ego, vt is *Londinenſis* feſelliſſet fidem,
Hinc eo *Londinum* rectà, vti argentum exigam.
Ibi dum id flagito, dum is lentè nomen expedit,
Fio intereà familiaris populari meæ,
Viduæ, cuidam *Burdegalenſi* fœminæ:
Huic nomen *Dorothea* eſt; ea tunc temporis
Londini habitabat; illam enim vxorem hic duxerat
Opulentus Senator *Londinenſis*, idem Eques,
Nomen ei *Malleus*, *Malleus*? (imo) *Manleus*
Is adeo poſt nuptias hinc tranſtulerat eam
Londinum in Patriam ſuam; ibi in morbũ incidens
Illam hæredem inſtituit, atque ad plures abijt:
Ex eâ nulli huic nati ſunt liberi, cæterùm
Ex alia Vxore, quam prius habuit ſcilicet,
Duas ſuſcepit, formâ eximiâ filias,
Natu maior *Catherina*, *Iſabella* minor cluit;
Has ille moriens, cum dote vnà *Dorotheæ*
Commiſit fidei, (quamlibet Nouercæ) vti eas
Nuptum daret, ſimulac, maturuiſſent, viro:
Diuitiarum inde illi ſat ſuperque; Eas tamen
Formæ indoliſque dotes quanto ſuperauerant.
Quid multa? hanc ego vt vidi, vt perij; ambio diù,
Dui poſco, diu negat; Tandem annuit,
Fiunt nuptiæ; fit, anno vertente, grauida,
Vno partu gemellos enixa eſt mihi,
Horum alter ipſe es *Antoni* fili: Alter eſt
Antoninus, Eratis autem gemini pueri
Formâ tam ſimili, vt dimidiatos dicerent,
Vos neque ego, neq; mater, internoſcimus, adeo,
Niſi *Antonino* hic dexterâ in mala nœuulus,
Vnde alium ab alio haud alias internouimus,

Cete-

Ceterùm ego poſt aliquot annos in patriam
Rediens, illic te ſexennem iàm mecum aucho,
At fratrem *Antoninum* cum *Dorotheâ* ſimul,
Reliqui *Londini*, annis abhinc quindecim,
Namque vti per *Franciam* iter huc perreximus,
Anglis cum *Francis* bellum vndique, Capti ſumus
Igitur ab hoſtibus: neque ſex menſes plus eſt,
Quum, pace vtrinque initâ, eſſe nos liberos ſinunt.
Liber vt fui, cogitabam *Londinum* indies,
Dorotheam meam vt reuiſerem. At prauis litibus
Detentus hic ingratijs, vſque dum hæreo,
Et vſque, et vſque. O *Lernæam* verè Sobolem
Pragmaticorum, qui lites ex litibus ſerunt
Mortalibus immortaliter? Lites fuge,
Macrum arbitrium opimo iudicio potius eſt.
Memento fili. ANT: Memini pater. THEO: Ergo dum licet
Matrem nunc tuam videre geſtio, fratremque, et nouam
Illius Nuptam. ANT: Eum duxiſſe *Catharinam* ferunt.
THEO: Scilicet. Namque ego, et vxor decreuimus iamdiù,
Duas illas ex priori vxore filias,
Quas dixi *Manlij*, vobis in nuptias dare.
Vos illis itaque deſpondimus a paruulis,
Antonino vtique *Catherinam*, *Iſabellam* tibi.
Sed miſera *Iſabella* deſtinata tibi perijt.
Nutriebatur illa *Detfordiæ*, prope *Thameſin*:
Ibi vnà cum nutrice iam quadrimula
Seu, ſubrepta, ſeu ſubmerſa, perijt nouendecim

Ab-

Abhinc annis: ANT: *Catherinam* quam memo-
res, pater,
Vidiſti'n? THEO: Nunquam, namque illam i-
lus Auia
Educabat, a nobis longe in *Deuonia*,
Tantum eſt fili. Sci'n iam quid ſit quod te velim
ANT: Nondum Pater; Sed ſi id eſt quod ſuſpi-
cor, perij.
THEO: Hoc ſcilicèt: Tu illico hinc *Londinum*
vti nauiges.
Matrem huc quo deducas, cum fratre et famili-
ANT: Occidi, amores mei peribunt interim
THEO: En tibi
Mater tua ſcripſit venturam ſe huc propediem.
Saltem *Antonium* fratrem, miſſuram illicò.
Cogita quam ſuaue tibi erit, poſt tantum ſpatium
Matrem tibi oſculum, fratrem amplexus dare.
Quid eſt? quid frontem caperas? quid occu-
turbidi?
Numquid dolet? ANT: Equidem vt verum fa-
tear, hoc eſt
Amare. THEO: Hui: amas? ANT: Minim-
pater, horreo inquam *mare*
A-mare mihi nunc ægrè eſt. THEO: Eia, De-
litias facis,
Cauſas fingis; video: tibi eo abeundum eſt ſtatim
ANT: Statim, Pater? THEO: Statim fili: O-
temperas mihi?
ANT: Meum eſt; ſed quæſo cogitandi ſpatium
Pater.
THEO: Enimuero pulchrè, Pater vbi imper-

ibi
Filium rogare cogitandi ſpatium pudet.
ANT. Faciam vero libenter, at—THEO. Quid at?
ANT. Peto.
Suppliciter mihi hos ſex ſeptem dies impertias,
Tantum vt parem me, et amicis valedicam meis,
THEO. Ne te hoc ſollicitet, faciam id ego vicem tuam.
At quæ itineri opus parata iam ſunt omnia.
Nauem conduxi, mercedem dedi, nihil deſit,
ANT. Sin *Anglia* verſus *Septentrionem* eſt
Mare mihi præcluſum, flat ita *Auſter* iam oppoſitus *Septrentrioni*.
THEO. At hoc eſt quod properes velim.
Namq; *Auſter* hinc te recta in *Angliam* feret. Quid iam?
ANT. Audi'n? vt Pelago ventus iraſcitur? vide'n?
Vti procellas Cœlum minatur nubilum?
THEO. Sanuſne? an ſomnias vigilans? lenis en enim
Auſter vti flat ſudo et ſecundo flamine.
Neſcio quid ſit, non temere eſt quod nugas agis,
Iam abeundum eſt, iam, iamque: enimuerò ſuccenſeo
ANT. Iamne? A-hime, *Roſabella* mea. THEO. Eia fles puerule? Dij,
Quid hoc rei eſt: ANT. Mirumne id ſi ira benigni Patris
Lachrimas excuſſit amanti filio: THEO. Si id eſt, bene eſt,
Quid moramur igitur? ANT. Vnicum hoc oro,

pater, Dum amicis reſtituo
Credita mihi depoſita: tantillum temporis modo concedas mihi,
THEO. Tantillum id quantillum eſt. ANT. Horas quatuor haud amplius.
THEO. Nimium eſt. Nautæ iam te expectant, vela vt explicent
ANT. Binas ſaltem horulas.
THEO. Binas licet; Interim introibo ego, vt obſignem ad *Dorotheam* literas,
Tibique argentum vt promam; at parcas tu ſumptui.
Namque lites plurimum mihi intercipiunt pecuniæ.
Dandum eſt *Crumeni-mulgis* iſtis *Cauſidicis*:
Vſque eſt dandum, atque vſque Aurum, quam æquum, plus poteſt.

Exit. THEO.

ACTVS. I. SCAENA. II.

Antonius. Solus.

HOras ne ergo binas; tantumne binas vita mihi ſuppetit?
Quod ſi abs te abeo, *Roſabella* (perditum me) abeo é vita ſimul:
Abire tamen iuſſit me Pater: Illi parendum. At mane-

manere me
Cogit amor ingratijs. Quid faciam? Hinc, illinc vndique perij.
Patri quidem obſequi neceſſe eſt, Id reſtat vnicum
Saltem vti ſupremum ei valedicam, priusquam hinc abiens moriar:
Nam ne quid amplius ſperem, facit ipſius Patrui
Portugalli impuriſſimi ingenium, qui cum illa habitat:
Is mercatorem ſimulat ſe, Leno cum ſiet:
Nomen ei *Torcol*; inde quod collo diſtorto fiet:
Simulatque videris, Scelus eſſe dixeris. Sed vt vt ſcelus, meam tamen bene ac pudicè habuit,
Nuptamque dabit fratris vt filiam decet.
Nam Pater *Roſabellæ Portugallus* nobilis,
Feſſæ moriens, quo ſe ille contulerat loci,
Bello vt mereret: Pupillam huic fratri ſuo,
Feſſæ tum agenti filiam concreduit.
Illam autem, quod ſit virginum pulcherima,
Multi ambiunt eamque vel indotatam ducerent.
Sed Leno auarus vult ſibi pecuniam inſuper.
Quamobrem ipſe qui pro eâ vitam paciſci velim,
Aureos ſexcentos pepegi, illa vt nubat mihi.
Deſpondit, ſed hâc lege ſi inter menſem numerem.
Ego interea quærere ſed nuſquam reperi:
Eoque inanem is me, et ſe deluſum putat
Nunc hanc rem igitur cum quodam *Anglo* Cauſidico agit,
Qui cum huc ex *Anglia* accerſitus ſit ideò,
Cum alijs eiuſdem linguæ et ordinis viris,

Inter populares ſuos, hic lites vt dirimeret,
Amori ſi (Dijs placeat) vacat;
Et meam inſane deperit.
Oſcee et *Volſe* loquitur, nam Latina haud ſapit:
Merus ſtupor, at multi-nummus aureus Aſinus:
Summa *Nauſidicus*. Id me ſolatur tamen
Quod mutuò amantes fidem dedimus inuicem:
Clàm illo, clàm patre quem iſthoc celo ſedulo.
Quin dum loquor abit hora, quæ mihi nouiſſima
Homini horario. Properabo igitur eam vt alloquar.
At at ecce *Cauſidicus Ignoramus*; hanc ille vt eri-
piat mihi?
Illum ego niſi male multem.——(Theo. *intus*) Fili
Antoni. Ant. Hei mihi pater vocat. Theo.
Antoni, *Antoni*. Ant. Pater. Theo. Ocyus
huc intro ad me.

Exit. Ant.

Act I. Scæna III.

Ignoramus. *Dulman*. *Muſæus*. *Pecus*.

Ig. Phi, *Phi, tanta preſſa, tantū croudum, vt ſu*
penetratus ad mortem: habebo actionem d
intruſione *contra* omnes et ſingulos, Aha
Mounſiers voulez voz intruder par ioint Te-
naunt, *il eſt playne caſe, il ne eſt point droite, de l*
ben ſeaunt. *O valde caleo, O chaud, chaud*, pre
c

[..]or deum non meltaui meum pingue. Phi, Phi. In nomine Dei vbi ſunt Clerici mei iam? *Dulman, Dulman.*

Dul. Hic magiſter *Ignoramus*, vous haues *Dulman.*

Igno. Meltor *Dulman*, meltor, Rubba me cum Towallio; Rubba, vbi eſt *Pecus*?

Pec. Hic S[r]. *Ignoramus.*

Igno. Fac ventum *Pecus.* Ita, ſic, ſic, Vbi eſt *Fled-witt*?

Dul. Non eſt inuentus.

Igno. Ponite nunc chlamides veſtras ſuper me, ne capiam frigus. Sic, ſic. *Ainſi bien faict.* Inter omnes pœnas meas, valdè lætor, et gaudeor nunc, quod feci bonum aggreamentum inter *Anglos* noſtros: *Aggreamentum*, quaſi *aggregatio mentium.* Super inde cras hoyſabimus vela, et retornabimus iterum erga *Londinum*: Tempuis eſt, nam huc venimus Octabis Hillarii, et nunc fere eſt Quinzena Paſche.

Dul. Iuro magiſter, titillaſti punctum Legis hodie.

Igno. Puto titillabam. Si le nom dell grantee ou grante ſoit raſed, ou interlind en faict pol, le faict eſt grandement ſuſpitious.

Dul. Et nient obſtant ſi faict Pol, et illud ettam in Court.

Pec. At id de vn faict pendu in le *Smoake*, nunquam audiui titillatum melius.

Igno. Quid tu dicis *Muſae.*

Muſ. Equidem ego parum intellexi.

Igno. Tu es *Gallichriſta*, vocatus a *Coxcombe*; nunquam faciam te Legiſtam.

Dul. Nunquam: nam ille fuit *Vniuerſitans*.

Igno. Sunt magnæ Idiotæ, et Clerici nihilorum iſti *Vniuerſitantes*: miror quomodo ſpendiſti tuum tempus inter eos.

Muſ. Vt plurimum verſatus ſum in *Logicâ*.

Igno. Quæ villa? quod Burgum eſt *Logicâ*?

Muſ. Eſt vna artium liberalium.

Igno. Liberalium: Sic putabam: In nomine dei ſtude Artes parcas et lucroſas: non eſt mundus pro Artibus liberalibus iam.

Muſ. Deditus etiam fui amori Philiſophiæ.

Igno. Amori? Quid? Es pro Bagaſchijs et Strumpetis? ſi cuſtodis malam regulam, non es pro me: ſurſum reddam te in manus Parentum iterum.

Muſ. Dij faxint.

Igno. Quota eſt Clocka nunc?

Dul. Inter octo, et nina. *Ig.* Ite igitur ad manſorium noſtrum, cum Baggis et Rotulis. Quid id eſt? videam hoc inſtrumentum, mane petite dum calceo ſpectacula ſupernaſum. O ho, ho, ſcio iám **Hec Indentura facta eſt inter Rogerum Rattlebocke de Caxton in Com Brecknocke**, O ho. **Richard Fen John Den.** O ho. **Prou Buzzard Plaintife, adverſus Peakegooſe defendant.** O ho, hic eſt defalta literæ, emenda, emenda, nam in noſtra lege vna Commia euertit totum placitum. Ite iam, capiato tu hoc, tu hoc ingroſſa, tu truſſato ſumptorium pro iornea.

Exeunt. Clerici

IGNORAMVS. *Solus.*

HI ho *Roſabella* hi,ho,Ego nunc eo ad *Veneris Curiam* lætam tentam hic apud *Torcol*: Vicecomes eius *Cupido* nunquam ceſſauit, donec inuenit me in Balliua ſua:Primũ cum amabam *Roſabellam* niſi paruum,miſit paruum Cape, tum magnum Cape, et poſt alias Capias,et plures Capias,et Capias infinites,et ſic miſit tot Capias, vt tandem Capauit me vt legatum ex omni ſenſu et ratione mea.Ita ſum ſicut muſca ſine Caput, Buzzo et torno circum circa, et neſcio quid facio, cum ſcribo inſtrũentũ ſi fœmina nominatur,ſcribo *Roſabellam*, pro Corpus cum cauſa, *Corpus cum caudâ* , pro nouerint vniuerſi , *amauerint vniuerſi*, pro habere ad rectum , *Habere ad lectum*, et ſic vaſto totum Inſtrumentum, Hei, ho, ho, hei, ho.

Act I. Scæna IIII.

Torcol. Ignoramus. Meretrices.

Tor. HEus *Pſecas Corinnam* ceruſſa : *Sebinam* fuca nimio;

Cœliam orna *Callibleparis*, et flaua *Dorcada Corymbio*
Si ornatæ eſtis puellæ accedite huc, atque hic in conſpectu meo
Fidibus canendo ſaltandoque exercete vos.
Iſtiuſmodi blanditiæ pelliciunt Amatores: Naufragium
Hic quodque feci ego, *Feſſa* rediens in *Portugalliam*, ex opulento me tenuiorem reddidit.
Artes itaque cogor exercere Lenonias
Re illa adeo, quæ mihi ex naufragio ſuper erat,
Meretrices conduxi ex varijs Regionibus,
Quàm variæ linguis, habitu, tam veſtis.
Eaſque ornaui cuiuſque more Patriæ.
Lucri certè bonus eſt odor ex re qualibet:
Atqui tamen cognatam *Roſabellam*, pudicam virginem,
Nuptam bene, vt ſpero, hodie locauero *Ignoramo*,
Atque etiam ſexcentos ea propter accipiam
Quos mecum pepegit aureos. At, at quiſnam ille eſt? Oh Signor *Ignorame*, Homo hominum honoratiſſime, Tunc hic eras? *Bezo las manus Signior*.
Tuorum ſum ſeruus ſeruorum.
Igno. Profectò hic eſt Papa.
Tor. Quid nunc imper..s ſeruo tuo Domine, mi Domine?
Igno. Ha he dabo tibi ſuperſedeas pro iſtis complementis: Puto feciſti collum tuum tam tortum cum Congis et Cringis. *He laies his leg ouer him*.
Tor. Signior factum eſt hoc *Burdegale*, dum vinum vnius auriculæ bibo, bonum probans, horſum
incli-

inclinaueram:

Igno. Nunquam habebis Breue de recto.

Tor. Siue rectus ſiue tortus ſum tuiſſimus Signior: vbi eſtis virgines? Exite, O Signior.

Prodeunt Meretrices.

Igno. Mitte quæſo Cringia, et Cruragia. Sed quæ ſunt iſtæ quæ veniunt extra, ſuntne bona et Catalla?

Tor. Signior et mercator ſum, et muſicus, Ludum ideo hic aperui Fidicinum.

Igno. Nulla fides tuis fidillis; ſed cuius gentis ſunt?

Tor. Hæc cum Cithera *Græcula*, illa *Germanica*, *Hebræa* cum timpana, *Britanica* hæc, *Hiſpanica* iſta cum tibiâ, *Arcadia*, *Francia* cum teſtudine, *Veneta*, *Maura*, *Perſica*, *Turcica*. Agite iam. *Saltantes Canunt.*

Igno. Sunt bellæ miniſtraliæ, tu es Dominus fœdi hic.

Tor. Introite ſed primum Dominũ meum humillime ſalutate ſingulæ

Igno. Quid vultis? habetis warrantum de oſculando? Quid hi et armis? Eſtis bonæ warrantizabo

All ſalute in their languages and kiſſe him.

(ad Mauram conuerſus) Phi phy abi tu, tu es vxor diaboli dic bonâ fide, non ludunt hæ ad luda illicita contra ſtatutum? *Exeunt Meretrices.*

Tor. Mihi crede, ſunt illibatæ, ſignatæque virgines.

Igno. Signatæque imo ſunt ſignate to mutu-

in ſigillo: Ha he.

Tor. Signor, neque ego, neque illæ ſumus iſtarum artium, vale.

Igno. Mane: iracundus es? ego tantum frangebam iocum, quod debet et ſolet, quanquam ſit ſuper vitam hominis, et tu capis id in bono ſerio: ſis iocundus. Dic mihi quomodo valet *Roſabella* mea?

Tor. Oh, illa, quod virgo non eſt, nubit alij.

Igno. Num dicis hoc in ſobria triſtricia?

Tor. Dixi: illum ineſcauero magis.

Igno. *Diable*, quæ eſt hæc fraus, couina, et deceptio? nonne erat Indentura facta inter te et me, vt ſi ego darem tibi ſexcentas coronas, maritarem tuam wardam *Roſabellam*, et hic dies oppunctatus eſt pro ſolutione, Non eſt verum?

Tor. Eſt.

Igno. Bene, fac quid vis, ego habeo tuam Indenturam et obligationem ſaluam et, ſolidam, tua manu ſigillatam, et datam, et deliberatam. Et ſi non dabis mihi *Roſabellam*, forisfaciès eam obligationem, viz mille Coronarum: Quid ais? vnus Rex, vnus Lex, non te defendat medietas linguæ: Quid ais?

Tor. Putat ſcilicet omnia hic tranſigi more *Angliæ*. Et ſi ſexcentos aureos hodie attuleris, haud muto factum.

Igno. Bene facis nam fuit aggreatum accordatum et condeſcenſum Ergo ego veniam in perſona mea hodie cum moneta ſi poſſum, ſi non poſſum, mittam vnum ex Clericis meis pro ea.

Tor.

Tor. Verum ego tuorum ſeruorum noui nemi-nem.

Igno. Neque illi te, ſed eſt totum vnum pro eo. Ille apportabit tibi ſexcentas coronas et inſtrumenta et dicam illi quod habes curuum Collum etiam: Quid times?

Tor. *Antonium* atque vaferrimum *Triconem* timeo, qui mihi *Roſabellam* propter vbique inſidiantur, adeo vt vix tum caueam, cum caueo maxime, optimum itaque eſt de ſigno inter nos conuenire occulto: inſuper cautelam cautelæ addere cautius eſt.

Igno. Quanquam non opus eſt, tamen ſi Clericus meus *Dulman* venit dabit tibi hoc priuatum ſignum, capiet te per naſum ſic.

Tor. Placidè, eſto igitur, atque caue nemini alij niſi illi dixeris.

Igno. Putas quod ſum Idiota?

Tor. Illam igitur duces hodie, nam cognata eſt, et illa per deos pudiciſſima.

Ignor. *Ouy, ouy dea*: Cras retornabo cum illa ad *Longinum*, ſed iam quæſo clama eam huc paululum eius habere facias viſum, nam ego amo illam, hoc eſt longum et breue. Tu ergo præcipe quod reddat ſcilicet amorem *d'auoirdu-pois*, intelligis?

Tor. Illam actutum huc adduxero.

Exit Tortol.

Igno. Nunquam fui inamoratus ante in vita mea ſed iam ſum inamoratus beſtialiter. Præſenter adducet **Corpus cum cauda cum cauſa inquam.** O ſi haberem vnum **habeas corpus** iam, Ha hie,

cum

cum cogito vado in Cymbalis.

Act I. Scæna. V.

Torcol. Roſabella. Ignoramus. Surda.

QVid fles peruicax? num ego te caſte et pudice eduxi, ideo vt mihi, tibique adeo, tuoque aduerſere commodo? Aut huic libenter nube aut *per a queſta Cruz de Dios* te hinc auehám, *Feſſam* iterum, vbi te aut vendam aut proſtituam. Ego tibi bene cupio. Tune vis? Reſponde quid ais?

Roſ. Patrue, tu ſapis, tibi quod videbitur, æquũ eſt id me facere.

Tor. Recte iam, atque vt decet.

Roſ. Diſſimulandum amorem video, ne ruam in peius: Non vnquam ego te *Antoni.*

Tor. Hanc ego illi cuſtodem appoſui *Nanam*, quæ tres menſes licet integros ſurda ſit iam, fidelis tamen, atque ex ſignis intelligit ſatis (*He makes ſignes to her.*)

Sur. Recte intelligo, vt illam arcte cuſtodiam, neue quòpiam longius abeat a foribus.

Tor Intelligit.

Sur. Neue iuuenem eam patiar alloqui.

Tor. Bene.

Sur.

Sur. Quamprimum ille hanc allocutus ſit, introeat illicò.

Tor. Eia, quám citò.

Sur. Sin ſecus, interminare mihi te me verberaturum vſque ad necem. Curabitur quod iubes.

Tor. Signior, mea Cognata hæc ſummopere te ſuper omnes mortales amat: Experire: ego hinc abeo, nám mihi negotium eſt: memento ſigni, et pecuniæ.

Igno. Nulla erit defalta. Sed tu nos admittas.

Sur. Fiet, inquam.

Igno. Ha he, *Roſabella* mea, hem hem hem, Madame, et vos mei Magiſtri iurati, hec eſt Actio ſuper caſum. Phi phi, lingua vadit ad verba accuſtomata. Puto me placitare iam.

Sur. Quantum video, hic homo ſtultus eſt.

Igno. Madame, pardona mihi, nunquam amaui antehac. Sed veniam ad punctum, & iungemus iſſue. Viſne facere maritagium mecum?

Roſ. Haud equidem tali me dignor honore.

Igno. Profectò *Roſabella*, amo te pluſquám *roſa ſolis*. Dico tibi, Amor tuus fecit me legalem Poetam. Vis verſus meos?

Roſ. Si placet, ſenior.

Igno. Hem hem, Verſus legales de *Roſabella*. Hem hem.

Si poſſem, vellem pour te Roſa ponere pellem;
Quicquid tu vis, craua, & habebis ſingula braua:
Et dabo Fee ſimple, ſi monſtras Loues prettie dimple
Gownes

Gownos Silkcotos, Kirtellos, & Peticotos;
Farthingalos, Biggos, Stomacheros, & Perri-wiggos;
Pantoflos, Cuffos, Garteros, Spanica ruffos,
Buſkos & ſoccos, Tiſanas, & Cambrica Smockos:
Pinpillos, purſos: Ad ludos ibis & vr-ſos. Anglice Bearegarden.

Annon in hæc ſunt bona in lege?

Roſ. Euge optima.

Igno. Ergo ad ludos ibis et vrſos. Facies quicquid vis, puella, ſi alijs ſit clauſa Curia Tenç, eſt billa vera.

Roſ. Portabo in ſinu meo.

Igno. Amas me?

Roſ. Amaret quis non?

Igno. Ais? dabo tibi *bonam* iuncturam, faciam ames me plus & plus. Audi iuncturam tuam, Ego Ambidexter Ignoramus infeoffo te vxorem meam Roſabellam in Taile ſpecial de ſitu Manerii de Tongwell, cum capitali meſſuagio. Et do tibi omnia et ſingula Meſſuagia, Toftos, Croftos, Cottagia, et Columbaria, Molendina, Fullonica, Aquatica, Ventritica, Gardinos, Tenementa, Boſchos, ſubboſchos, Iampnos, Brueras, Moros, Moriſcos ſalſos, Moriſchos freſchos, Iuncaria, Turbaria, Alneta, Moſſeta, Communiam paſture, liberam warrenam, piſcariam, faldam, et Decimas garbarum, bladorum, granorum, agnellorum, foeni, lini, canab-

nabis, et tellonium, Stallagium, Pontagium, Picagium, Eſcheta, Catalla felonum, auiata, extra noxas, wracca maris.

Roſ. O nimium eſt.

Igno. Mane dum capio anhelitum; & dabo tibi decies tantum.

Roſ. Quanquam intus fleam, riſum expreſſis mihi

Sur. Satin ſanus hic homo? Videtur fœminâ, & Picâ, & Pſitaco loquacior.

Igno. Redde mihi amorem iam quid pro quo.

Roſ. Æquum poſtulas.

Igno. Ergo da mihi oſculum da quæſo.

Roſ. Durè. Cor dura. O pulchrum *Amaſium*! ô patrui auaritiam!

Igno. Lego pulchras lineas in facie tua——

He offers to kiſſe her.

Sur. Abj, abj.

Igno. Habebo quare impedit pro te. Volo tibi ſigillare et deliberare vnum oſculum.

Sur. Skats, ſcat, ah.

Igno. Vale *Roſabella* mea iam vſque ad mox. Hoc oſculum mihi facit bonum apud cor. Poſſum volare ſuper tria clocheria nunc. Sed ego ero ſatis callidus pro *Torcol.* Nam cum venio in *Angliam*, maritabo diuitem vxorem; & tum tenebo hanc in Commenda tantum pro Tranſi-tempus. Ibo nunc pro coronis.

Sur. Illum amas vti video.

Roſ. Mortem magis.

Sur. Bene facis. (*Exit Ignor.*)

Ille

Ille tibi dabit.——

Roſ. Malum.

Sur. Ergo non amas illum iuuenem.

Roſ. Non vitam æquè.

Sur. Odiſſe te innuis; optimè. Equidem immeritò te ſuſpicatur herus meus.

Roſ. Quàm crucior *Antonium* me non amare nunc, vel fingere? fingendum eſt tamen, vt ſuſpitione libera ad illum aufugiam faciliùs, ſi ad *Ignoramum* ducar. Verùm audiui *Antonium* hodiè hinc *Londinum* abiturum. O perfidum, ſi id nunc faciat! fidem dedit mihi: quod ſi iam me deſerit, perij.

Sur. Nam ſi illi nubes, afflues diuitijs.

Act I. Scæna. VI.

Antonius. Trico. Roſabella. Surda.

Tri. POtin'? aliam rem cures here. Ipſe hanc ſaluam præſtabo tibi.

Ant. In te ſpes eſt *Trico.*

Tri. Dolum ipſum hodiè ſuperabo dolis. At quamnam video? abſterge oculos, here.

Ant. Meamne *Roſabellam*? quantus es? Dij quam opportunè, ni vetula canis illa prohibeat me eam

eam alloqui.

Tri. Ne time, edentula eſt, non mordet.

Ant. At latrans dominum excitauerit.

Tri. Offam dabo: ſimulabo me illam amare, nám ſemper eſt catulliens. Intereá vos ſerite ſermones. Sed aud'in? geſtus irati edite, vt vos inimicos credens *Surda* liberè loqui ſinat.

Ant. Bene mones.

Tri. Saluete.

Surd. Ne me attingas; eheu, atque abſtine manum.

Tri. Quám ferocula?

Sur. Lædis manum; ahime: in malam crucem. Me amat, annulum oſtendit mihi: non nubam, non,——brachia complicat.

Tri. Ahime.

Sur. Suſpirat. Bella videor, ideo amor. Non ſum tam anus.

Tri Ahime.

Sur. Vt ſpiſſe anhelitum ducit! miſer me demoritur.

Tri. O lactea labella, naſum purpureum, gemmeam cutem, oculos ouillos, cruſculum formicæ, vituli pedes, manus talpæ, pectus Cicadæ, mamma mammarum, equula adhinniens, ſcrophula grunniens, Ahjme.

Sur. Formam laudas, ſcio. Vultum habeo perinde ac alij (dijs gratia) nec inuenuſtum.

Tri. O pumila, numila, ſurdula, craſſula, doliariola, anicula, biboſula, barbatula, ſimiola.

Sur. Formâ confectus ſtupet. Laudes vtinam poſſem

poſſem audire meas! *Nanam* etiam me dicant poſt hác.

Tri. Ahime.

Sur. Miſellus lacrimat; ſum miſericors. Ahime, intermortuus eſt. Reuiui ce: amo te, amo.

Ant. Simula te ſuccenſere mihi.

Sur. Amo, reuiuiſce. Ah animule, ah miſelle homule. Non patiar quenquam mei amore mori: prohibet charitas.

Tri. Dixi'n? mea eſt hæc iam. Vix riſum contineo. Ahime.

Sur. Ne time, amo te. Hej mihi, abeundum eſt. Adeſt ille malum, a quo herus cauere iuſſerat. Bene eſt, odiſſe te illum indicas, atque obiurgare velle: maledic illi, age.

Roſ. At te ſerio inſimulo, *Antoni.* Iam me non dubitas perdere? iamne hinc *Londinum* abiturus? iam me deſeris in malis? Eheu quid faciant diu homines, ô feros nimis corde viros! ô vos viri! oh.

Sur. Pectus pulſa, bene facis: ah impudens.

Tri. Ahime.

Sur. Ahjme, Perij amore ſummerſa: quaſi, veſpa cecidi in mellis amphoram.

Ant. Fidem tibi dedi, *Roſabella*, quam, & hanc dextram tuam feriens, firmo inſuper tibi.

Sur. Percuſſit hanc, inhumanè, fœminam? Vir ſi eſſem; quin inuolemus ej in oculos. At quod amant nihil periculi eſt. Nos verò amiculi: Ahime.

Tri. Suſpirat quaſi ſus, quæ primam fœturam perdidit. Ahime.

Sur.

Sur. Ahjme.

Ant. Da veniam, vita mea. Iuſſit abire me pater; nil preces, nil lacrimæ valuere. Teſtor fidem inuitus abeo.

Roſ. Inuitus? Amor cogi non poteſt, elabi poteſt: Non amas.

Ant. Ni te perditè amem.———

Roſ. Tace; credo tibi.

Sur. Ahjme. Amor quaſi olla feruens bullit & bilbit in pectore.

Tri. Annuit.

Sur. Nutat & nictat ſcitulè: annuam illi etiam.

Roſ. Quid me non extrahis itaque ex his impuris ædibus? *Phy.*

Sur. Conſpue eum.

Roſ. Iniquo ſubijcior Patruo, qui cum re ſimul probitatem amiſit protinam. O belluam! Nam quid eum voces hominem, qui nihil facit humanitùs? O manes patrij, cui me credidiſtis? At tu quanquam abieris, premam veſtigia tamèn. Pudicè viuere ſi non licet, licuerit pudicè mori.

Ant. O indoles! ô mores! Cor dolore finditur.

Sur. Pupugit eum: pectus plangit, crines lacerat. Ah impudice homo.

Tri. Ahime.

Sur. Ne ſuſpira ô lepidum amatorculum. *Italo* more amans iaculatur corculum & ocellos. Scitum eſt quidèm: parem referam gratiam.

Roſ. Si Patruj auaritiæ ſexcentis quos pactus es aureis ſatisfeciſſes, miſera haud eſſem nunc.

Ant. Deûm atque hominum; potui inuenire nul-

nullibi. Amici non credunt; Pater ad rem auidior; quid facerem?

Roſ. Neſcio; niſi *Ignoramo* iam deſpondiſſe me Patruum per ſyngrapham: aureos dixit hodiè afferre aut ſe aut ſeruum ſuum, cum ſecreto inter eos quod conuenerat ſigno.

Tri. Quid audio? Sci'n, quid ſigni eſt?

Roſ. Id me celant. Sed lepida ecce eius carmina!

Tri. Forſan hinc aliquid venabor.

Sur. Literas eius reiecit, bene eſt. Ardent oculi: pedem terræ incuſſit; furit. Video te amicule.

Ant. Quis poteſt pati hoc? quis poteſt videre?

Tri. Habeto bonum animum modò. Efficiam ne tute hodie hinc abieris, neque amiſeris illam.

Ant. O ſi!

Tri. Crede huic capitulo; mira faciet hodie.

Sur. Ne ferij frontem; amo te, ita me dij ament: amo te: Metui ne animo deficeret iterùm.

Tri. Anaticula, tenellula, riſum non teneo, ha he.

Sur. Ha he; & ego arriſero.

Tri. Adhinnit. Heus vos, nunc datur occaſio aufugite. Hæc mea eſt.

Ant. Rectè mones: eamus.

Roſ. Atqui illa exclamauerit.

Tri. Fatuij tentate modò.

Sur. Iamne das mihi annulum? gratias. Tua nunc ſum: accipe a me hoc ſudarium itidem.

Tri. Quid malum non itis? nubes ſtatim.

Sur. Da dextram, vortat bene.
Tri. Vt tu pereas.
Sur. Signemus oſculo.
Tri. Mellitum oſculum! ſaliuam mihi mouet.
Sur. Eh, eh, mala tuſſicula, eh eh.
Tri. O cariem! ſtupidi quin fugitis? quin fugitis. Occaſio perit.
Ant. Eamus amabò: ó gaudium imcomparabile!
Tri O Teſtudines! in malam crucem.

Act I. Scæna VII.

Torcol. Antonius. Trico. Roſabella. Surda. Lorarij.

Tor. ACcurrite vos: redi fugitiua, fugitiua redi. Opem ferte.
Roſ. Occidi.
Sur. Nam quid me verberas?
Tor. Aſpellite *Antonium.* O præclara cuſtos. Quis cuſtodiet cuſtodes? Ouem lupæ; ah Venefica.
Sur. Ne me cæde tua non ſum, nubo hodiè.
Tor. Nubis? nubes bacillo interim.
Sur. Quid malum? nubo inquam, te inuito nubam, nubam mecaſtor; per verba de præſenti nupta ſum, vide annulum.

Tor.

Tor. Annulum! ô *Triconis* tricas! ego te——

Sur. St, opitulare, mj vir. Ille te———

Tor. Introite peſſimæ. Tu illas ambas conſtrin-ge vinculis atque aſſerua dum redeo.

Roſ. Vel occidito.

Sur. St, ſt, ſiccine vxorem deſeris?

Ant. Quâ tu confidentiâ?

Tor. Incingite me ſatellites. { *Exeunt Roſ. & Sur. & Lo-larius vnus.*

Ant. Auſus in conſpectu meo hanc?

Tor. Signor, abi quæſo: res tuas age, ego me-as. Nihil ego tecum.

Tri. Furcifer.

Tor. O tu duces Nanulam meam. Cauebo de-hinc de tricis tuis, *Trico*.

Tri. Fallam te tamen hodiè.

Tor. Qui minatur hoſti, dat quo ſuo ſibi telo iu-gulet.

Ant. Accede hùc.

Tor. Sta longiùs; atque iſtinc loquere ſi quid vis.

Tri. Tibi in aurem dico, Leno ſacertimus es.

Tor. Peregrino blandè diſſimulandæ ſunt iniu-riæ. Signor, nolo ſimultates tuas. Sunt aliæ ele-gantes virgines mihi, quamlibet iſtarum eligas vx-orem tibi.

Ant. Benignè.

Tor. *Signor, a la buena ventura.*

Ant. Mitte *Portugalicas* blanditias.

Tor. *Seruidor, ſignor, queda con dios.*

Exeunt Torcol & Lerary.

Ant. In malam crucem.

Tri. Illam ego cautè ſeruaſſe hodiè.

Ant. O *Trico* !

Tri. Habe tu bonum animum modò.

Ant. Abeo, Pater expectat intus.

Tri. Quin abi tu : ego hîc ero in inſidijs propè. Nam cauto opus eſt, ne me *Theodorus* herus tecum ambulantem aſpiciat : ſuſpectus ei iam videor. En exit ! fugio.

Act I. Scæna VIII.

Theodorus. *Antonius.* *Trico.* *Banacar.* Nauta.

Theo. Heus *Trico*, *Trico*, quò te nunc agis? Video te, video ; ne te occultes. Numnam is eſt, an ſignum pictum in pariete ? Non mouet ? accedam propius. Ah verbero, os hominis, vide.

Tri. Herclè here, a me exieram penè ; ita deum ardentiſſimè orabam, vt maritimum iter tuo tibi

bi proſperaret *Antonio*.

Th. Pulchrè pius. *He brushes hi*

Tri. Non ſoleo, vera dico.

Theo. O, puluerem excutis mihi, ſed cute nullum: floccos eximis nimium dilige ſcelus. Tu mihi cor rumpis filium.

Tri. Egon' here:

The. Quid fabricas? ſi ſenſero.

Tri. Sanè tu me adeo probum impeller vt.——

Th. Quid vt?

Tri. Baſta.

Th. Cedo inquam.

Tri. Vt malus te male fallerem; dico ing nuè.

The. Sentio. Abi tu itaque ad villam, ibi f cies opus: Sed audi'n? caue ante veſpera redeas.

Tri. Nunquid aliud?

Th. Veſpere redito cum villico vná; putare cvm volo rationes.

Tri. Narrauero quidem. Numquid aliud?

Th. Eamus iam ad portum *Antoni*. Heus *Ba car*, expedi ſarcinulas.

Ban. Adſum.

Th. Has *Dorothea*, illas *Antonino*, has vxori ius *Catherinæ* literas. Illos atque amicos ſalute i pertias.

Ant. Fiet. Vale pater.

Tri. Alacriter dixit benè eſt.

The. At egó te videro, fili, nauem conſcende

E

Eccum Nautum!

Naut. Herclè, ædipol, medius fidius, nauem moramini nimis diù.

The. Imus iam.

Ant. Ad mortem ego, niſi *Trin*——

Tri. St, Ne time.

Finis Actus Primi.

Actus Secundus, Scæna Prima.

Theodorus. Banacar.

Theo. FIlius (quod bene vertat) ad port
abijt alacris,
In nauem impoſitum vidi, & procedere eam
Longiuſcule. Res in vrbe meas, poſtilla, p
culas
Confeci ex ſententia. Nunc liquido adeo a
mo
Domum redeo. *Banacar*, noſti vti te ego
acceperim,
Vagum, inopem, rerum exortem omnium,
q

quod maximum, fecerim.
Ex impio *Mahumetano, Chriſtianus* vt fores.
Ban. Here, non vitam modo debere tibi me, ſed animum quoque fateor.
Proin perſtabo ſedulo tuum imperium exequi
Theo. I nunc intro igitur tibi mandata vt geras. *Exit. Ban.*
Operas qui volet vtibiles, vſque exerceat opere. Corpus item & onimum corrumpit otium. *Exit.*

Act II. Scæna II.

Trico. Antonius.

Tri. MAne dum circumſpecto. Nemo eſt. Egredere inquam, nemo homo eſt, *Phrygia* agmina circumſpexi.
Tri. Quid ais here? non *Trico* magnus ſum ego?
Ant. *Trico* mirificiſſimus.
Tri. Patrem ire ad portum procul vt videbam limis,
Sectari ego vos clanculùm, quaſi ſine cauda canis.
Vt abierat ille, in ſcapham me proruo protinam

nam Remis veliſque properans. Acceſſi nauem.
Matrem huc cum familia fingo ſimul recens ad-
ueniſſe, ideoque patrem reuocare te, ne fru-
ſtrá abeas. Ita in ſcapha nos reuecti denuò hu-
Nauis *Londinum* verſus volat: Dij. At qui
nunc vicinis pater? *Londinum* iam filius *An-
tonius* nauigat, *Dij* vertant benè; ſeruus meu
Trico, optimus *Trico*, opus facit ad villam. Hic
villa erit hodiè, *Theodore*.

Ant. Optime vſque ad huc proceſſit ratio.
At quomodò nùnc? quâ cauſâ redij? potiar
Roſabella?

Tri. Id etiam, vt ſpero, efficiet *Trico*.

Ant. Vtinam.

Tri. vidiſti'n modò me alloqui?

Ant. Nempe *Libellionem* iſtum circumfora-
neum, qui vrbem circitans, libellos clamans
venditat.

Tri. Ipſiſſimum: nomem ej *Cupes*. At, quod
haud putâram, nebulo maior eſt quam ego
ſum.

Ant. At *Torcol* nebulo magnus eſt.

Tri. Nebuloni opponitur ſeſqui-nebulo qua-
les ego & *Cupes* ſumus. Paululum pecuniæ il-
li præ manu dederis; mira faciet.

Ant. Eccos decem aureos, quos pro itinere
parcus dedit pater! haud amplius habeo.

Tri. Sat eſt. Cedo mihi. His ego *Cupem*
ſubornauero; vt rem tibi narrabo poſteá. Nunc
mihi adeundum quoque ad Veſtiarium, Vt
pro ludo locet ornamenta, fallaciam hanc qu
orna-

ornemus ſplendidè. Hinc tu ad amicum in angiportum proximum: ibi abdas te, ne videat pater. Tempori accedam ego. Me ride niſi efficiam.

Ant. Ai'n ſi iſtoc lepidè effereris.

Tri. I modò.

Ant. Ne viuam niſi tibi.

Tri. Etiamne abis?

Ant. Eo mj *Trico.* *Exit Ant.*

Tri. *Cupes* ſe mihi operam daturum promiſit hodiè: omnem rem ej narrauj modò. Venit ecce cum librorum ſportula.

Act II. Scæna III.

Cupes. Trico.

Cup. LIbelli, belli, belli, lepidi noui libelli, belli, libelli!

Tri. Heus libelli belli.

Cup. O *Trico*, mox tibi operam do. Ita viuam vt peſſimi ſunt libelli.

Tri. Quid ais?

Cup. Haud vllum queo vendere: mane paululum obſecro.

Tri. Ocyus.

Cup. Libelli belli: Anguilla Æquiuocatio-

nis, ſiue de arte ſtrenuè mentiendi cum Priui-legio, Per reuerendum in diabolo patrem *Andræam, Belzebub, Iohannem Cidonium.* Quis emit? quis? hem vide. Quis emit *Belzebub.*

Tri. Nemo herclè, nemo.

Cup. Vili vendam; *a trois ſols, a deux ſols, a vn ſol, a vn liard, a vn gran diable.*

Tri. Haben'tu fuſtem dœmonum?

Cup. Fuſtis dœmonum, fuſtis iſtiuſmodi liber eſt, ſed prohibitus. Quid eo faceres?

Tri. Eo fuſte dœmonum *Belzebub* dœmoniorum dœmona cœderem.

Cup. Tu non lœderes.

Tri. Quid ni?

Cup. Os ferreum habet: libelli, belli, belli. *De modo tenendi Anguillam Æquiuocationis per caudam.*

Tri. Rectè: per collum potius. Mox emam.

Cup. Libelli belli. *Pellitier pellio, pellio, verſipellis pellio, de modo vertendi pellem, per ipſum* Pellionem.

Tri. Ne tu nomines, obſecro, *Pellionem*, ne ſicut *Plauti* olim noſtram vitiet fabulam: peſſimus author *Pellio*; cor odio ſauciat.

Cup. Nullus ſum.

Tri. Pellem eius vtinam haberem inſertam ſtramento.

Cup. St, tace, ſtramenta Sanctos faciunt. Vin' Apologiam pro *Garnetto*? En lepidum ſtramen!

Tri. *Cupes* poſſe & nos ſanctos eſſe ſpes eſt.

Cup. Quænam *Trico*? *Tri*

Tri. Quod ſumus ſceleſtiſſimi.

Cup. Libelli belli, S^ti^. *Garneti*, S^ti^. *Iacobi Clementis*, S^ti^. *Raniliaci canonizatio ex Bibliotheca Vaticana. Schioppius* veſpilio, *Schioppius*, Paraſitus *Schioppius*, de arte paraſitandi; liber manuſcriptus.

Tri. Videam. Phi, vt ſcripta olent hominis commictilis, ſcribit lotio?

Cup. Quis emit? quis? perij.

Tri. O iam ſatis eſt legiſti omnia venena.

Cup. In malam crucem omnes libros perdiſsimos. Quid feci? quidue ſum loquutus?

Cur me tot malis perderent libellis?

Tri. Caueas de hinc ab iſtiuſmodi. O putidos ſcriptores, incendiarios, mundi-turbonidas, plebipiſtillos, Nobiſi-perdonidas, Regicidas, Papæ-palponidas.

Cup. Immò apage omnes; ſunt annales voluſi: *mais quoy' vanne via manniconia*. Habeo tamen aliquot quantiuis preti; *Prologus Caballinus, ſiue Metamorphoſis Meſſe Dauy de Dromedarys*; Item eiuſdem *milleloquium ad cænam*; *Haſtiludium Meſſe Dauy cum Archy de Archinis*; *Eiuſdem peregrinationes Syn-Coriaticæ*. *Tri.* Et liber et ille, ibit ad excuſſo miſſus ad aſtra ſago

Cup. Meos etiam eccillos libros? *Cupes de arte bibendi*, auctus, recognitus, et ab infinitis mendis repurgatus cum adiectione et commentario. *Cupes de Cupedijs*.

Tri. Tam pauper amas cupedias?

Cup. Odi iſtos paraſitos bubilos: mihi cum eſt pecunia, nihil niſi electitia & ſcitamenta edo

Tri. *Cupes* ne cupias mullum, cum ſit tibi gobio tantum in loculis.

Cup. Diſcupiam tamèn.

Tri. Quid ita? Non es Cupedinarius?

Cup. Olim fui: ſum mille artifex. *Pariſijs* eram adoleſcens hiſtrio.

Tri. Beaſti: nam plures perſonæ tibi ſunt agendæ hodie.

Cup. *Venetijs* ſeruiebam piſtori dulciario. Hic placentas, cruſtula, et omnia ſcitula faciebamus pemmata.

Tri. Probus tum ſublingio.

Cup. *Toulouſæ*, quod volebam maximè, ſeruus œnopolæ fio: pitiſſabam modice, tantum tres congios indies. Ita herus decoxit. Poſt ego fugi in *Hollandium*: illic circumgeſtabam pulchrè tunicatam ſimiam. *Romæ* dux eram cœco.

Tri. Ergo ille præſtitit tibi cæcam obedientiam.

Cup. *Romæ*? quidni? Illic qui maximè obediens, cæcus maximè.

Tri. Quid in *Angliâ*?

Cup. *O la bonne bi[e]re d'Angleterre.* Ibi ruri primulùm caſtrabam ſues. Poſt *Londini* in *Cauſidicorum* hoſpitijs ſub-promus eram.

Tri. Nunquamne in *Hiſpania*?

Cup. Minimè vero.

Tri. Quid ita?

Cup. Tres vuas paſſas cœnare nequeo *Trico*.

Tri. Benè eſt. At meminiſti quid tibi dudùm

dùm dixerim?

Cup. Probè me facturum ſpondeo; Mutatis nempè ornamentis, vt *Torcol* quendam ſimulem.

Tri. At torto collo.

Cup. Minimum vide.

Tri. Placet.

Cup. Dein vt *Cauſidici* ementiar ſeruum.

Tri. Quin ſi ipſus aduenerit *Ignoramus*, memento Cornu.

Cup. Memini: ha,he,illorùm me nemo nouit.

Tri. Atqui ornatus eris ignorabilis magis. Verùm vxorem inſtruas etiám, *Roſabellam* qui agat ſuppoſititiam. Scio verſuta eſt.

Cup. Vel maximè. Allicere autèm vt poſſim vereor, moroſa adeò; iurgat ſemper, etiam *Trico*, me verberat

Tri. Num Furia?

Cup. Immò *Trico*. Vna omnes Furiæ.

Tri. Tales mihi tres vxores forent, duas *Cacodæmoni* darem eâ lège.———

Cup. Quanam *Trico*?

Tri. Vt abriperet tertiam.

Cup. Habeat.

Tri. Quin ego & tibi & illi dedero quod allexerit ambos. Octo ecce aureos.

Cup. Da mihi & ducam *Danaën*.

Tri. Oro te, *Cupes*, per lactes tuas.———

Cup. Religioſe oráſti.

Tri. Hoc vt cures.

Cup. Curabitur.

Tri. Eo nunc quo tibi & vxori ornament[illegible] feram. Hîc vide tu ſis vſque in inſidijs: ex t[illegible] nata, ſi opus, machinari ſubitò!

Cup. Fiet: at hic apud me cænabimus vná[illegible] ſumam hodie hoc.

Tri. Benignè ais bene tibi ſit.

Cup. Vale. Euocabo iam vxorem, vt expugnem auro nam abſque hoc foret, nihil agerem. Iurgabit ſcio vt ſolet: ita ſemper murmurat, quaſi murem mandens felis. *Polla, Polla* vxor. Heus *Polla, Polla*!

Act II. Scæna IIII.

Polla. Cupes.

Pol. POlla Polla? Quid vociferare adeo? numnam æbrius?

Cup. Eſſem vtinam, mea *Polla*: vini guttulam non bibi hodie.

Pol. Quid hîc *Gurges* otioſus reſtitas? ecquid librorum vendidiſti hodie? ecquid lucelli patet *Ganneo*?

Cup. Nihil prorſus.

Pol. Nihil prorſus? Ego te———

Cup.

Cup. In malam crucem ſcriptores iſtiuſmodi; ita libri ſunt nequiſſimi *Polla.* Immo tu nequiſſimus, qui nunc libros, nunc veſtes meas oppignoras Oenopolis.

Cup. Equidem ſic ſoleo; quin mea *Phillis*, ea propter pœnas dedi tibi.

Pol. Et dabis, etiam dabis, Domi ego eſuriens penſum facio, cum tu redibundus in vinarijs madefacis pantices vini-bibula. Quod ſi poſt hac in œnopolium pedem.———

Cup. Non pedem in œnopolium?

Pol. Dixi.

Cup. Sine morâ age, occidito. Quin porrige frontem, mea *Tulliola*: quid vini bibis meum corculum? Dic mihi anaticula.

Pol. Aufer blanditias. Niſi redimantur veſtes meæ.———

Cup. Mi ocelle auræe, redimentur. En vide.

Pol. Vnde id auri nactus es mi vir?

Cup. Iam mi vir! Aurum quid potes? vin' tibi dimidium?

Pol. Cupio anime mi.

Cup. O diſſimulatricem! vxor, dabitur tibi, ſi paululum quid feceris.

Pol. Quid eſt?

Cup. Nihil niſi parumper te des vtendam amico foras.

Pol. O flagitium hominis, etiam te ſciente vxorem dare vſurariam.

Cup. Non rectè intelligis.

Pol.

Pol. Quid ſi nunc faciam ex *Cupe* ſis *Corne-li-us*?

Cup. Fecero ego ex *Polla* ſis tu *Corne-lia.*

Pol. Reſponde quid ais? Vtrum eſſe mali *Publius Corne-lius*, an *Corne-lius Tacitus*?

Cup. O *Cornelius Tacitus*. Sed rogauerit nemo te tam deformem ſtuprum; ne dubites. Ha he.

Pol. Deformem? irrides aquariole?

Cup. Pulchra vxor, peruerſè rem intelligis.

Pol. Quid eſt igitur?

Cup. Potin' ornatu alio alium ſimulare fœminam?

Pol. Poſſum.

Cup. Atque vt tradêre alicuj qui *Pecus* eſt, vel maximè pudorem haud exterſerit, ne metue.

Pol. Quemquamne ego hominem vt metuam, quæ tot viros toties verberauerſim?

Cup. Me, ſcio, ſæpius.

Pol. Mihi des aurum; effectum reddam optimè, mi *Cupes*.

Cup. En duos aureos: poſtquam effeceris alteros tantos dedero.

Pol. Conuenit; (abſente me) modo ne ſcortam quod ſoles, in œdes obducas interim.

Cup. Ah ſuſpicax totas noctes tecum dormio.

Pol. Dormis equidem: malim vigiles. Si ego tuam quæ accubas ſcortam deprendero aliquando; per mare, cælum, terras, inferos—

Cup. Ne deiera.

Pol. Capillis illas in vijs protrahens ita laborabo, ne tollant pedes poſtea.
Cup. Nunquám inuenies.
Pol. Eâ lege opera tibi dabitur.
Cup. Eamus intro, mea *Phillis*: ibi te monebo magis.

Act V. Scæna V.

Antonius. Trico. Pyropus. Cupes.

Ant. TEchna quam dixti placet.
Tri. Statim aderit *Pyropus* veſtiarius.
Ant. At quid pro ornamentis pignoris illi dabitur?
Tri. Bene mones.
Ant. Pecuniam meam omnem tibi dedi.
Tri. Num quid tibi gemmæ aut annuli?
Ant. Nihil.
Tri. Quin habet *Trico* annulum here.
Ant. Subæratum fortasſis.
Tri. Sed optimè deauratum tamèn, cui le-

pibus

pidus inſertus eſt *Carbunculus.*

Ant. Adulterinus.

Tri. Scilicet vitrum fuco tinctum; at t

affabre, vt cuiuis imponat facilè.

Ant. Cedo.

Tri. Hunc indas digito, maximi præ te f

ras facere: forſitan accipiet, ſt, tace, ipſus a

eſt: ſalue *Pyrope.*

Pyr. Tu quoque. Hem puer, oſtende orn

menta *a Monſieur.*

Ant. Cito, nàm mihi negotium eſt.

Pyr. Heus ocyus, ocyus. Da mihi iners. Ec

nemo eſt totâ *Burdegalâ*, qui tibi vel plura v

meliora præbeat. En vide.

Tri. Hoc te ornatu orna itinerario.

Pyr. En artificium!

Tri. *Cupi* dabuntur hæc; *Pollæ* illa; quin e

iſta volumus.

Pyr. Attuli quæ te dixti velle omnia.

Ant. Age, age, ocyus, mercedem indica.

Tri. Nempè vt hæc loces in hodiernum di-
em.

Pyr. Vin' dicam ſemel *ſanè*?

Ant. Quid malum morare?

Pyr. Semel vt dicam vin'? dicam ſemel.

Ant. Enecas?

Pyr. Reuera, profectò, duos aureos vno ve-
bo dederis.

Ant. Duos?

Pyr. Nummus abeſſe nôn poteſt *ſanè.*

Tri. Probè dicit, here.

Pyr.

Pyr. Immò *ſanè.*
Tri. Iube dare *ſanè.*
Ant. Dabo.
Pyr. Octoginta aureis tanti æſtimo hæc.
Tri. Benè dicit *ſanè.*
Pyr. Pignus mihi tandem oportet dari.
Tri. Nihil opus *ſanè*, quippe quia ſit ex primoribus vrbis.
Ant. Quid dubitas?
Pyr. Nihil. Verùm artis noſtræ leges pignus poſtulant quidem.
Ant. Annulum habeo nimij prætij.
Tri. Illumne dicis carbunculum?
Ant. Ipſum.
Tri. Pluris nimium eſt trecentis aureis.
Pyr. Iſtud in pignus dato.
Ant. Tanti pretij ſaluum quis mihi præſtiterit poſtea?
Pyr. Habeo hîc officinam *ſanè.*
Tri. Habet *ſanè.*
Ant. Tu mihi non credis nobili: quid ego tibi?
Pyr. Quid dicam neſcio: redde mea mihi.
Tri. Here hunc ei credas, vir probus eſt *ſanè* iamdiu eſt cùm nouerim.
Pyr. Tu me nôſti *ſanè.*
Tri. Noui *ſanè.*
Ant. Tuâ fide dedero.
Pyr. Vt ſcintillat *ſanè*!
Tri. Scintillat *ſanè*, flammaſque imitante *Pyropo* ſanè.

Pyr. Vale.

Tri. At puer tuus hæc ferat in angiportum proximum.

Pyr. Quonam?

Tri. Ad anchoram.

Pyr. Fiet *ſanè*.

Tri. Vale *ſanè*, mi ſtupor.

Ant. Succedent ſpero reliqua. Quid ſi nunc *Ignoramus* venerit?

Tri. Aliqua hinc abſterrebimus. Tu modo vide perpetim prope excubes.

Ant. Euigilabo *Trico*.

Tri. Ego item, ſt, *Cupes*; hic vſque inſidiabimur.

Ant. At quid ſi in patrem incidam?

Tri. Eum etiam qua fallas mox præcipiam. Iam abi & orna te.

Ant. Abeo.

Tri. Quin ſi quid ſecus acciderit, æquo feras animo: ſuam namque habet fortuna rationem.

Ant. Ne male ominare: iuuerit videbis; ſed recipe te ad me quamprimùm. Nam ſine te cæcus, ſine duce videor.

Tri. Iam ego ero apud te. Heus *Cupes*, ſumite hæc: ſt, ornate vos illicò.

Cup. Cura aliud.

Tri. Sed quemnam video, *Muſæum* ſummum amicum et familiarem meum; Da... rum ſeſe operam dixit mihi. Ex illo, vt an... tehac, elictabo aliquid.

Act II. Scæna VI.

Muſæus. Trico.

Muſ. CEruices vtinam fregiſſent parentes mihi, potius quam hero tam ſtulto dediſſent *Ignoramo*. Ita quicquid vel dico, vel facio, inclamat ſemper foris, Quám inconcinnè geris te? Scholaſticos vidi geſtus: nec equitare, nec vel equum fræno induere, nec ruptum ſcis ſarcire cngulum. Vbi iám ſunt ſyllogiſmi quos crepas, aſine *Academice*?

Tri. O *Muſæe*, vt vales?

Muſ. Rectè *Trico*, niſi male mihi a malo hero. O ſi pro meritis accipias depexum benè.

Tri. Quid eſt?

Muſ. Suo me obtundit ſtultiloquio.

Tri. Annon eloquens & accurratus is.

Muſ. Sunt alij, nihil minus ille; ita peruerſe omnia diſſerit. *Pileo pedes, caput calceis induit.*

Tri. Ridiculum caput!

Muſ. Trico, narrabo tibi ænigma; tu conijce.

Tri. Narra.

Muſ. *Quid illud eſt, quod iure viuit ex iniuriâ, quod magni-puſillanimum, quod ambidexter*

&

& bifrons, quod multa dicit & nihil; quod io[co] ſerio, ſeria ioco; quod Anglice, Saxonicè, G[al]licè, & Latinè loquitur, neque tamen Angl[icè] neque Saxonicè, neque Gallicè, neque Latin[è] loquitur; quod leges ſcribit ne ſient captio[nes] quod captiones ſcriptitat ne ſient leges; quod [fi]nitum facit infinitum; verum non verum; [non] verum, uerum facit.

Tri. *Verum* non *verum facit*, eſt ille *Belz[ebub] Cydonius.*

Muſ. Eſt & non eſt.

Tri. Quod lingua ignotâ loquia mat, eſt h[o]mo *Pontificius.*

Muſ. Simile quid, non illud tamen.

Tri. O lapidem me; iam habeo.

Muſ. Quid iam?

Tri. Herus tuus *Ignoramus* eſt.

Muſ. *Oedipus* es.

Tri. Huic monſtro quis genitor?

Muſ. Pater *Francus ſoloicophanes*; Ma[ter] *Barbara Latina.*

Tri. Vbique gentium natus?

Muſ. In magnâ *Puritaniâ.*

Tri. Qua vrbe?

Muſ. Siue *Aurelia*, ſiue *Argentinâ.*

Tri. Quo cibo victitat?

Muſ. *Communi jure.*

Tri. Non doctus? ſcit ſeptem liberales [ar]tes.

Muſ. Septem? literas nouit omnes?

Tri. Dij boni omnes!

M[uſ.]

Muſ. Si quidem viginti quatuor ſunt omnes.

Tri. Homo perpaucorum hominum.

Muſ. Certè pauci ſunt iſtiuſmodi; Attamen quilibet ordo ſtultos & prudentes, bonos & malos habet, neque in bona ſegete nulla eſt ſpica nequam, neque in malâ non aliquod bonum. Paucorum igitur gratiâ, & totos ordines, & multorum ſtudia inceſſere (quod non nemo facit) ſtultum ego & inhumanum ſemper eſſe cenſui. Poſſem, ſi opus infinitos celebrare ordinis huius viros, ingenio, pietate, doctrinâ præſtantes, adeo vix vt inuenias pares, qui Ius patrium (quo nihil ſanctius, nihil æquius) et explicarunt doctè, & ſincerè dicunt. Hos meritò, vt æquum eſt, ſuſpicimus: hoſtis niſi *Ignoramus* nemo eſt, *Ignoramus* igitur illiuſque ſimiles, qui Eccleſiam & Academias peſſundatas cupiunt.

Tri. Valeant?

Muſ. Immò eant in morboniam.

Tri. Succenſebunt tibi.

Muſ. Niſi *Ignoramus*, alius nemo. Quid autem ille ſentiat, non ſentiat, nihilj facio.

Tri. Vel talem autem in Scænam prodire nefas.

Muſ. Totus mundus exercet hiſtrionem.

Tri. Muſæe, iam philoſophatum ſatis. Dic iam, herus tuus *Ignoramus* quid agit?

Muſ. Ipſus iam ad *Torcol* veniet; pecuniam numerauit modo.

Tri. Perij.

Muſ.

Muſ. Quin ea propter veni vt certiorem[illegible] cerem.

Tri. Malum, quid non citius ? Abi quant[illegible] potes ad *Cupem*: iube meminerit cornu.

Muſ. Quid eſt ?

Tri. Abi tu; noui tis; atque vti contin[illegible] renuntiet ad *Antonium*. Stent in inſidijs am[illegible]

Muſ. Propero. Næ malum huic darj ſu[illegible] mopere cupio.

Tri. Niſi ille ſtatim h[illegible]c, occiſa eſt hæc res. V[illegible] mihi, adeſt.

Act II. Scæna VII.

Ignoramus cum nummis.
Trico.

Igno. Hic eſt *legem pone*: hic ſunt ſexcent[illegible] coronæ, quas cum *Torcol* indenta[illegible] modo pro meo charo corde *Roſabella*.

Tri. Attulit. Diſperij

Igno. Si viuo *Roſabella*, mea ſtella, danſ[illegible] bo veteras menſuras tecum.

Tri. Iſti bene vigilant!

Igno.

Igno. Hæc eſt Indentura & obligatio de *Rodrigo Torcol*: ibo nunc ad eum in propria perſona.

Tri. Hui, vt morantur. Detinendus ille eſt mihi nugis interim. Salue Domine.

Igno. *Sirrah* quis as tu ? hah.

Tri. Rem totam contriui litibus, pauper ſum.

Igno. O in forma pauperis; abj via, abj via.

Tri. Tuum expeto conſilium Domine.

Igno. Conſilium ? oh legem pone.

Tri. Danda eſt offa *Cerbero*: Quid agam nummos hic aliquot ſubæratos habeo; eos ei obtrudere certum eſt. Domine pauper ſum.

Igno. Pauper nihil dicit.

Tri. Tamen quia homo in cauſis optimè verſatus es, audi quæſo cauſam meam; et hoc quod ſupereſt, habe.

Igno. Oh bene eſt. Num tunc iſtis iſſue.

Tri. Iſſue ? quid malum nunc dicam, immò Domine, iſſue.

Igno. Declara.

Tri. Pater meus *Grunnio* filius verris *Coglionem* habuit auum.

Igno. *Quondam* auum.

Tri. Rectè dicis *quondam auum*. Sed *quondam* auunculus ſororis auitæ meæ *quondam*, qui erat conſobrinus auiæ patris mei *quondam*.

Igno. Bene dictum *quondam*. *Alouns*.

Trico. Legauit mihi nigrum equum verùm eſt, erat ei curta ſupellex, nam quid diſſimilem caudam non habuit. Sed quid

quid tum? nùm ille ergo vrticam ſuppone[...]
ei?

Igno. In taile ſpeciale; Per fidem i[...]
non potuit.

Tri. Fecit tamèn. Nam, calcitrabat alt[...]
vibrans pedes.

Igno. Caue hoc.

Tri. Et occidit damas et Phaſianos.

Igno. O damage faiſant: erit hic [...]
mutra.

Tri. Et ſanè mentiebatur Calendari[...]
nam grandinabat memini.

Igno. Bona circumſtantia, et pro te facit.

Tri. O tardos; nec dum? Quin non ſo[...]
ei vrticam ſubdidit ſed os ei totum pipere [...]
plenit.

Igno. Repleuit in iſtó caſu non valet.

Tri. Sic opinabar: at ille cum candidi e[...]
feciſſet copiam.

Igno. Oh copitias etiam. Eſt in tem[...]
Richardi Primi, poteſt Copitias t[...]
pare, ioppare, et abſcatiare.

Tri. Non ſinebat tamen; perdidi illo a[...]
bene eſt, tu quid ſentis iam? Teſtudines p[...]
bimus.

Igno. Annon ille blacke cheuall erat [...]
Chatle perſonal?

Tri. Chatle erat ſanè ille Chatle, ſed [...]
rior de pipere.

Igno. Reuerſ. ibi eſt punctum: nam hic [...]
caſus tuus. Si John a Nokes infeoffa[...]

Jo[...]

Iohn a ſtiles de Black=Acre, et Iohn ſtiles capit Black=acre, et White=acre, ce cas tout eſt void, tout, tout.

Tri. Num dormiunt iſti? At ille piper inſufflans ſaltare fecit, etiam et piper pedere.

Igno. Cum ſufflo, ſalto et petto: eſt bona tenura ne dubites.

Tri. Sed timeo adhuc de pipere.

Igno. Ne dubites. Habe Subpena pro eo tantum, et niſi reddat tibi Blacke chevall et White chevall, cum coſtis et pinguibus Damagiis, dic quod *Ignoramus* non habet Lex.

Habeo gratias.

Igno. Vale, nam habeo rem facere.

Tri. At Domine pro benignitate tua, tibi etiam dedero Conſilium quod ex te tua erit. Si tu es *Ignoramus*, fugias hinc quantum potes.

Igno. Hah, fugiam quare?

Tri. Amas *Roſabellam* hic in proximo.

Igno. Quid tum?

Tri. Illam etiam *Anthonius* quidam deperit me audiente caſtrare *Ignoramum* velle ſed ſi deprehenderit, iurauit ſerio.

Igno. Eſt in ioco.

Tri. Ioco? Fuge inquam et caue tibi, nam multos ſecuit ille graſſator perditiſſimus.

Igno. Poſuiſti me in vno corporali timore: et quia ſum in loco peregrino dubito plus:

En

En vide fabula eſt in lupus.

Tri. Tandem venit.

Act II. Scæna VIII.

Antonius. Cupes. Ignoramus. Trico.

Ant. VBi mæchus ille vetulus qui ſpo ſam meam—niſi ego illum q hircum caſtrauero.

Tri. Audin?

Igno. Solet facere vt dicit?

Tri. Solet equidem.

Igno. Eſt non compos mentis: habe breue.

Ant. Conduxi qui caſtraret ſtatim aderit.

Igno. Sum in vno magno timore Cliens.

Cup. Trin———Tran. { *Cupes intro*

Tri. Audio iam. *Cornu ſonat*

Cup. Trin———Tran. *Caſtrator.* }

Igno. Tremblo Cliens quid.

facia

ciam?

Cup. Trin———Tran———

Tri. Hic te abſtrudas; pone me ne videant, citò, citò tám tectè quàm potes; tectè.

Cup. Quid agemus? parata ſunt omnia, vide.

Ant. Heus tu quendam vidiſti'n hic *Nauſidicum*?

Igno. Dic me abijſſe ad *Londinum*.

Tri. *Londinum* is abijt.

Ant. Modo fuiſſe hic aiebant.

Igno. Tum eſt domi dic.

Tri. Tum eſt domi.

Ant. Verum haud ſic effugier.

Igno. Cliens j *fidelinge* vt ſi poſſem faciam eſcaptum.

Tri. Tectè tectè.

Cup. Vide vt it, quid id eſt?

Ant. Hic latitat. Cur auſus hoc *Nauſidice*?

Igno. Monſtra tuum Teſtatum eſt latitare?

Ant. At inteſtatus abieris. Eamus intro hinc.

Cup. Accedas ad Curiam.

Igno. Jubeo vos cuſtodire pacem in nomine Regis.

Ant. Fruſtra bauberis.

Tri. Patronus meus eſt, obſecro vos.

Ant. Nequidquam oras.

Igno. Quid oro? non vultis inſpicere Almanackum.

Ant. Quid ita?

Igno. Per fidem inuenietis ſignum in Sco-
pione.

Tri. Herclè rem plenam pericli.

Igno. Quid ſi moriar intra annum et die
cauete quid facitis.

Ant. Nihil agis.

Igno. **Non audita querela** vultis me iu-
dicare?

Cup. Immò iudicabere per pares tuos.

Tri. Obteſtor vos.

Ant. At redierit huc illicò, ſi ſaluum ami-
rimus.

Igno. **Balliato me.** Cliens, quæſo Bal-
liato.

Tri. Meo periculo non faciet.

Igno. Per Deos, ſi vnquam poſthac, to
Hiſpanicos companiones.

Tri. Quin tu fugis iam?

Cup. Sequere, ſequere, quo fugit?

Igno. Sum ſaluus, et ſanus nunc, titilla
vos, monſtrabo triccum de lege. Quoniam i
raui, non ibo ipſe, ſed mittam Clericum me
Dulman pro *Roſabella.*

Cup. Fugit? ha, ha, he.

Tri. Ha, ha, he.

Ant. Ha, ha, he.

Tri. Ah vos probe vigilaſtis modo.

Cup. Quin præſto aderam: prope hinc a
cultaui lepidos ſermones veſtros; næ riſu d
rupiſſe Serium iam meticuloſus miſerit. Ab

ſce

-ede tu jtaque, et orna te cum vxore ſimul, v-
illa *Roſabella*, tu *Torcol* ſitis ſubdititij.

Cup. Eo: rem factam habes.

Tri. Eamus here. Fallaciæ reliquum per
-ias narrabo tibi. Eundum eſt iam mihi ad Pi-
-torem, cum ad te adduxero.

Ant. Quid eo?

Tri. In malâ is tibi appinget næuulum. Ea-
-us. Præcipiam quid nunc facturus, ſi patri
fortè obuiam acceſſeris. *Exeunt*

Finis Actus Secundi.

Act III. Scæna I.

Trico. Dulman. Cupes intus.

Tri. ANtonium diſcipulum, condocefeci probè. Pictor ei iam appingit nauulum.

Dul. Video nullum corpus, ſed venio in magno timore per miſſam, nam ſunt inſani pilei, vocati *Madcaps*, hic in *Burdeux*.

Tri. At quænam illæc auis?

Dul. Magiſter meus *Ignoramus* iurabat, quod volebant eum facere *Geldingum*.

Tri. Peregrinus eſt.

Dul. Bella riota nonne tollere inſtrumenta noſtra?

Tri. Scripta in manu tenet.

Dul. Ergo Magiſter meus dedit mihi vnam literam Attornati, ad capiendam ſeiſinam de quadam *Roſabella*, quam ego nunquam vidi.

Tri. Certe *Ignorami* ſeruus eſt. *Cupes, Cupes*, num in promptu?

Cup. Admodum.

Tri. Seruus *Ignorami* preſto eſt.

Cup. Tace.

Dul. Video vnum ibi, demandabo ſi nouit eius meſuaguim ad quem eo: meus Magiſter dixit eum eſſe *Portugallum*, et curuo collo; nam ego non noui aliter. Hoh honeſte vir.

Tri. Quid quæris amice mi?

Dul. Eſt homo boni geſtu. Quæro vnum cuius nomen non ſcio num ſcis tu?

Tri. Stipes eſt vicinus? Qua facie eſt quæſo?

Dul. *Portugallus*.

Tri. Diſtento collo ſcilicet.

Dul. Sic aiunt.

Tri. Mirum? inquæris herum meum.

Dul. Fieri poteſt ita.

Tri. Mininiſti'n primam nominis literam?

Dul. Puto facio.

Tri. Num incipit a *B*?

Dul. B.——Non.

Tri. An G?

Dul. G?———Non.

Tri. R?

Dul. R———Non.

Tri. T?

Dul. Ha, mane, Imo. T. T.

Tri. *Torcol?*

Dul. *Torcol*, *Torcol*: peſtis capiat, Habeo no-
men in nigro et albo hic. An tu es eius ſervi-
ens?

Tri. Si Signior.

Dul. In bono tempore: quæ eſt tua no-
natio?

Tri. Quid nunc dicam——*Mendoza.*

Dul. *Mendoza* in bono tempore.

Tri. Quid tibi nomen itidem?

Dul. *Dulman, Ignorami* ſenior Clericus.

Tri. *Dulman Ignorami* in bono tempore. At
reos etiam attuliſti *Dulman*?

Dul. Sexcentas coronas hic, et Indentur
Mendoza.

Tri. In bono tempore. At ſci'n cuius ſit h
ſcriptio.

Dul. Eſt manus mei Magiſtri.

Tri. Rectè: Carmina hæc inſcripſit huic no
ſtræ *Roſabellæ*?

Dul. *Pimpillos, Purſos, ad ludos ibis ad urſ*
Bellè bellè, dicis verum; ſunt eius reverà v
nam ego poſſem facere talia. Sed quæſo i
clama magiſtrum tuum huc, ad dandam m
liberaturum *Roſabellæ.*

Tri

Tri. Mox aderit.

Dul. Eſt hic honeſtus ſodalis warrantizabo. Vtinam veniret *Roſabella*. Videor eſſe in Foreſta nunc: ita timeo, taxam de Hoꝛneget.

Act III. Scæna II.

Cupes. Trico. Dulman.

L*Os diablos te gannan picaro.* Hem, ergo hoc tibi verbero.

Dul. Hic eſt *Portugalus* cum curuo collo, ſcio: ſed doleo quod eſt iracundus cum eo.

Cup. Annon domini mei honorificentiſſimi amicum (ſalue Senior) in ædes huc adductum oportuit, furcifer? ſaltem vt vini aliquid guſtaret more *Anglico*?

Dul. Gratias.

Tri. Noſtri haud ita faciunt.

Cup. *Trukan Villaco*, etiam mutis? Vbi *Diego*? vbi *Alonzo*? vbi *Piedro*? vbi *Guzman*?

Tri. Neſcio here.

Cup. Neſcis here? ego de te ſic puto.

Dul. Magiſter *Torcol*, noli quæſo chafare propter me: eſt bonus ſeruiens certè.

 Cup.

Cup. Scilicet at Senior, attuliſti Senior.

Dul. *Ouy, Ouy*, Magiſter meus miſit tibi ſe-centas coronas hic.

Cup. Tantum eſſe oportet. Heus furcifer, quid dico? *Mendoza*.

Tri. Here.

Cup. Numera.

Dul. Hic etiam eſt tua Indentura vide manum tuam et ſigillum.

Cup.——*Rodrigo Torcol*: ita eſt vt dicis.

Dul. Nunc delibera *Roſabellam* mihi ad magiſtri mei vſum.

Cup. Manè paululum. Indica mihi primum quid ſecreti id ſigni eſt, quod inter me et herum conuenerat tuum.

Dul. Dicis benè. Ne ſit breue erroris, iniunctum eſt mihi vellere te per naſum.

Cup. Per naſum, Senior?

Dul. Veniat naſus in Curiam naſalem et faciat homagium naſatiuum. Veni, ha he, herus meus eſt tam iocundus vir. Veni inquam ha he hic eſt per fidem.

Cup. Noui ita eſſe: at ſciens tantaui an id tu ſcires, id ſigni eſt meherculè.

Dul. Imo hercle.

Tri. Numeraui probe: verum hunc ſpecta modo.

Dul. Eſt currens mihi crede.

Cup. Nihil moror. Quod tibi nomen amice?

Dul. *Dulman*, ad tuum ſeruitium.

Cup.

Cup. Cape hoc; ſiſigitur *Dulman*, cape inquam, Age, *Roſabellam* huc tu adducito, atque vinum generoſum huc afferto; et ſaccharum etiam. Audi'n?

Tri. Quid?

Cup. Saccharum etiam ſcelus, more *Anglico*: ſenior ſaccharum.

Dul. Profectò non eſt neceſſe: eſt poſtremum quod feci.

Cup. Quid iam——quid——amice *Dulman* at bibes ſaccharum ſenior.

Dul. Eſt valdè curte ſtus homo.

Cup. Meis verbis herum ora quæſo, vt *Roſabellam* bene et amanter curet; nam illam pro filia educaui mihi. Cor vritur nunc, cum eius abitum cogito verum illam in delitijs habebit, ſcio, ſcio.

Dul. Sis certus de eo, habebit *curteſie d'Angleterre*. Scio dabit bonam Juncturam nam ego ſcripſi. Sed quæſo delibera mihi Counterpanna Indenturae Magiſtri mei.

Cup. Sane reliqui apud Notarium, ſed ipſe mox attulero.

Dul. Da mihi acquietantiam tùm.

Cup. Heus vinum et ſaccharum, furcifer. Vbi es.

Dul. Veni preſenter poſt me; quæſo.

Cup. Fiet.

Act III. Scæna. III.

Polla. Trico. Cupes. Dulman.

Tri. INtellexti'n *Polla*?
Pol. Poti'n vt taceas?
Tri. Atque vt aſſleas vide.
Pol. Deum fidem ſi me irritaſſis————
Tri. Pax : taceo.
Cup. Eccum adeſt.
Dul. Delibera cum mihi.
Cup. *Roſabella.* cognata mea, filia potius, huic te nunc dedo, quo is ad virum te deducat tuum. Iamne a me abitura animula mea? proh dolor. At tu ne fleas obſecro.
Pol. Patrue mî, mi Pater potius, quanquam illi nubam, vbi bene mihi erit——attamen abs te abſcedere————
Cup. Lachrimas excuſſit mihi.
Tri. Quis temperet a lachrimis *Dulman*?
Dul. Non ego equidem.
Tri. Haud ego certè, *Dulman*: heram nactus es perquam ſuauis indolis.
Dul. Certe videtur, tenera, et amans pocia quanquam maskara eſt.

Tri. Perſonatis eſſe mos eſt virginibus hîc in vijs.

Dul. Bonus mos.

Cup. At hanc tam bene nuptam dari, eſt quod lætemur magis.

Dul. Dicis verum per Miſſam.

Cup. Simus igitur hilares.

Dul. Dicis valde bene.

Cup. Rideamus.

Dul. Si vis.

Cup. Bibamus.

Dul. Si vis.

Cup. Vinum.

Dul. Si vis.

Cup. Cum ſaccharo ſenior *Dulman*.

Dul. Si vis: ſum ad omnia quare.

Cup. Præbe tu. Ehem bene te ſenior *Dulman*

Dul. Gratias.

Cup. Hem inde ſaccharum, ſaccharum, more *Anglico* ſenior inde ſaccharum, vt dulce bibat, dulcis *ſenior mio*: Adhuc ſaccharum furcifer.

Dul. Sic, ſic, Ad te magiſter contra es diſpoſitus.

Cup. Gratias: Pitiſſas, bibe meliuſcule, da ſaccharum ſcelus.

Dul. Certe bene feci iam capiam conge de te.

Cup. Senior vale: vale cognata fac boni frugi ſies.

Tri. Vale, vale.

Dul.

Dul. *Adieu* Magiſter *Mendoza*.

Tri. At Senior *Dulman* cape hoc ſaccharum etiam, cape inquam.

Dul. Gratias? bibam ſalutem tuam in *Anglia* pro hoc:

Tri. Vale.

Dul. Vale quam curteſij.

Exit. cum Polla.

Act III. Scæna IIII.

Cupes. *Trico.*

Cup. VAle caudex.

Tri. Vale ſaccharum, ſaccharum.

Cup. Neſcit quem Cyathum bibit, *Anglorum* in bello bene geſta gula ſæpe perdidit.

Tri. Adhuc ſaccharum, ſaccharum mi furcifer, vt dulcis eſt? ſine te oſculer, ni verbere.

Cup. Sat eſt; mittamos iocos, ibo nunc, atque alium ornamentum capiam. *Dulman* eſſe aſſimulabo me.

Tri. Saccharum *Dulman*; noſti ſignum?

Cup. Niſi naſum illi probe vellicem——

Tri. Aurum ferto hoc, et ſyngrapham etiam.

Cup. Indenturam *Trico*, ex quo *Londini* ſubpromus eram, verba iſtiuſmodi multa memini, loquar miſcellanea.

Tri.Dulman illum Leno bene non nouit ſcio.

Cup. Me multo minus.

*Tr.*Quin deprehenſius ſis mentiri?*Cup* Ita didici ex *Ieſuitarum* libris, vt vni ſoli cedam *Belzebub* Cydonio.

Tri. Mi *Proteu*, ceſſamus nimis. Ad*Torcol* ego hinc continuo confero me. Simulabo ei aliquam conditionem ferre quæ in rem ſuam ſiet optima vbi erit occaſio,tu interim.———

Tri. Seruiam *Scæne.*

Tri. Ita illum nos fortius fallemus ambo.

Cup. Iam eo ornatum me.

Tri. Ego ad *Torcol*: domine. non ſit verior. Tic, Toc, Tick, Tock. *Pulſat foras.*

Act III. Scæna V.

Torcol. Trico.

Tor. ARiolus ſum: hic adeſſe te iam præſagibat animus mihi.

Tri.Senior tuam licet *Surdam* amo perdite—

Tor.

Tor. Scilicet amas *Surdam.* Abi, abi, ipſe iam vigilo.

Tri. Attamen eo nunc veni in rem quod eſſet tuam, tecum vt agerem *Senior.*

Tor. *Senior*, fallere me tu haud potes, *Senior.*

Tri. Egon' vt id velim?

Tor. Prædixit hodiè.

Tri. Ioco dixi.

Tor. At ſerio caueo, abi *Senior*, abi.

Tri. Tribus expediam, audi quæſo.

Tor. Nihil audio, præſertim de *Roſabella.*

Tri. Quid feci vnquam ego mali tibi?

Tor. At quid boni inquam? cum te video, damnum video.

Tri. Spero mox aderit, quin mihi haud credis *Senior.*

Tor. Minime *Senior.*

Tri. At luculentam fero conditionem tibi.

Tor. At ecquid auri, aut argenti?

Tri. Cuditur.

Tor. Vale.

Tri. Mane. Poſtquam *Anthonius Roſabellam* datam iri *Ignoramo* ſciuerat, ſui impos ſere, nummos quæſiuit vndique; tandem ab amico mutuo, ſumpſit plenam gemmarum atque auri Ciſtulam.

Tor. Fabulæ.

Tri. Illam is oppignorabit tibi.

Tor. Putas neſcire me quid vneris?

Tri. Fallere te cenſen?

Tor. O *Trico*, tu qui aurum et geminas habes, nummos non habes? Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, tantum habet et fidei.

Tri. Ego vero vt te fallerem, *Senior*?

Tor. *Si Senior*: at ſi poſſis.

Tri. Quin ſex ſeptem primarij viri ſatiſdederint tibi?

Tor. Lites metuo. Fruſtra ſunt tricæ tuæ, *Trico*. Nam *Roſabella* ne neſcias, iam datur *Ignoramo*.

Tri. O hominum homo? Iam dicam enim——

Tor. Iam.

Tri. Sceleſtiſſime, vitiorum omnium colluuies.

Tor. Nihil agis, abi quæſo.

Tri. Quid tu quæſo.

Tor. Quæſo abi.

Tri. *Senior*.————

Tor. Fruſtra *Senior*.

Tri. Incurui ceruicum pecus.

Tor. Maledic iam.

Tri. Niſi ego aliqua tibi.————

Tor. Minare.

Tri. M. be. M. be.————

Act

Act III. Scæna VI.

Cupes. Trico. Torcol.

Cup. SAtis lepide ornatus es, mî *Dulman*, vt condecet atramentarium, quaſi oblitus mei, geſtabo in aure calamum etiam. Eamus iam, mî *Dulmanule.*

Tri. Surdamne haud licet alloqui, *Senior*?

Tor. Ego ſum ſurdus, *Senior.* Sed quis ille homo eſt?

Tri. Peregrina facies.

Tor. Vnde gentium, aut quis ſit, nequeo noſcere.

Tri. Qui ſit quid tua refert? Audin obſecro.

Cup. Video bonam traualiantem obſeruationem, ingroſſabo ſcripto.

Tor. Peregrinator eſt, opinor, obſeruat neſcio quid.

Tri. Stultus videtur: vt hians circumſpectat et etiam calamum in aure geſtat.

Cup. Sed vbi inueniam illum? vtinam haberem Inuentarium.

Tri.

Tor. Ex ſermone et habitu hunc eſſe oportet Ignorami famulum: Singrapham opinor habet.

Tri. Noui iam quis ſit.

Tor. Quis?

Tri. Quidam *Anglus*, amici amicus meij intro; illum iam ego adibo.

Tor. Subolet *Trico* iam: ego manſero.

Cup. Hic circum dixit habere meſſuagium.

Tor. Certe ipſus eſt quem volo, optato aduenit.

Tri. *Ignorami* ſeruus eſt: perij.

Tor. Præſenſit veterator.

Tri. Occidi.

Tor. En vt pallet.

Tri. Heus tu.

Tor. Vide.

Tri. Heus tu.

Tor. Euge heus tu.

Tr. Heus inquam.

Tor. Heus inquam ad me.

Tri. Quem quæris? me? percontare, te certiorem faciam.

Tor. Eho, me percontare: ſine eum ad me accedere; te certiorem faciam.

Cup. Quis veſtrum certificabit me, vbi eſt meſſuagium cuiuſdam *Portugalli.*

Tor. *Portugalli* dixti'n?

Tri. Certum te faciam ego. Non hic longe abhinc habitat *Portugallus.*

Tor. Heus tu mane dum, nequam hic eſt.

Cup.

Cup. Cur me mockatis ita? qui mockat moc-
kabitur.

Tor. *Trico,* verba mihi dare non potes *Tri-
co*; cernis hunc eſſe *Ignorami* ſeruum; illum
eo iam cupis abducere video, video.

Tri. Diſperij.

Tor. *Vritur.* Equidem me adfuiſſe gaudeo.

Cup. Eſtis floutatores: ego ibo viam.

Tor. Ehodum ad me quem quæris?

Tri. Quæris? Abi tu: eum abſoluam ilico.

Cup. Quæro *Portugallum* mercatorem.

Tor. Hem me quærit.

Tri. Amice mi.

Tor. Blandè.

Tri. Sequere, adducam ad ædes, ſequere.

Cup. Quid vult hic ſocius.

Tor. Ha, he, ſinam paululum.

Tri. Sequere inquam: per viam tibi vi-
num dedero, et ſaccharum, ſaccharum etiam.

Cup. Quid ſaccharum.

Tor. Ha, he, vinum et ſaccharum.

Cup. Ex Phiſnomia video hic eſt Nebulo in
grano.

Tor. Vel maximè.

Tri. In malum tune is eras? vt vales? Pro-
fectò vix te noueram.

Tor. Optime.

Cup. Tu me noſti? en putas me eſſe ſtul-
terint bitueriſt?

Tri. Annon tu me noſti in *Anglia*? ſpecta mo-
do.

Cup. Specto Nebulonem. Ego quæro quendam cum curuo collo, qualis tu es.

Tri. Immò qualis tu es talem quærit, non te, ſed amicum meum qui diſtorto collo eſt itidem, qualis ipſe es.

Tor. Veriſimile ha, ha, he.

Tr. Quem putas ſeruum *Ignorami* non eſt *Torcol*, non, non.

Cup. Quis dicit ita nam ego veni a magiſtro meo *Ignoramo* cum Indentura et ſexcentis coronis. Quid facis poſt me, cur me calcas? cur joggass et noddas, et nutas mihi ita?

Tor. Ha, ha, he, ho, ho.

Tri. Egone te tango, aut nicto, aut nuto, aſine.

Cup. Sum nimis callidus aſinus pro te. Ego loquar tecum.

Tor. Ha, he iam frendet, iam furit.

Tri. Num tute *Ignorami* ſeruus? non es ſcio ſt, eamus ad œnopolium.

Cup. Cum peſte tibi quid vis cum me? cur facis ſigna, et winckas, et nutas ita?

Tri. Egon.

Tor. Immo vide vt innueris *Trico* oculis, manibus, pedibus. Nihil agis?

Cup. Pec collum, et facionem tu es ille quem demando, ſcio.

Tor. Memoras nomen eius qrem quæritas?

Cup. Eſt, eſt.———

Tri. Dixti'n?

Cup. Eſt———mane———.

Tri-

Tri. Ipſius non eſt nomen, neſcit.

Cup. At habeo: in Indentura eſt.

Tri. Hæbes, quam facilè iam, niſi forte adfu-iſſem, poterat interuerti?

Cup. Eſt iam video, *Rodrigo Torcol.*

Tor. Recte.

Cup. Tu es ille?

Tor. Immo ſum.

Tri. Hamum vorat. Verum quod tibi nomen

Cup. *Pulman*, ad tuum ſeruitium. Porto ti-bi meſſagium a meo magiſtrō *Ignoramo.*

Tor. Vbi aurum et Singrapha?

Cup. Hic eſt Indenutra, vide tuam manum et ſigillum.

Tor. Haec Indentura facta eſt 19. Die Aprilis inter Ambidextrum Ignoramum de vna parte et Rodrigo Torcol de altera par-te. Hum hum, ſigillatum delíberatum, hum hum——— *Rodrigo Torcol:* eſt vt dicis.

Tri. Interij.

Tor. *Trico* iam inſanit. At preterea quid arcani ſigni, cedo nolo mihi os ſublimi.

Cup. Non os, ſed naſum volo, veniat naſus naſaliter in Curiam, vt faciat homagi-um naſale.

Tor. O placide hoh, placide. O, oh, oh.

Cup. An eſt ſignum?

Tor. Oh clementer, ſignum eſt, ſat eſt, oh, oh.

Cup. Putabas me neſcire.

Tor. Id ſignum eſt, aut tu rudias.

Cup.

Cup. Erat pro vno bono memento.

Tor. Non ſentis ſtulte, vt te ludos faciat? qui te circumducit quaſi vrſum. *Tor.* non cuiuſis datum eſt habere naſum ego habeo, *Trico.*

Tri. Vis falli video.

Tor. Falli quippin? omnino nolo falli.

Tri. Meminiſti quid tibi prædixi hodie?

Tri. Te velle fallere me, nempe fallere.

Tri. Scilicet.

Tor. Scilicet, ha, he, ha.

Tri. Iam te fallo.

Tor. Scilicet.

Tri. Equidem hic homo non eſt *Ignorami* ſeruus.

Tor. Non, non, non eſt ſcio.

Tri. Sycophanta merus eſt.

Tor. Quippin.

Tri. Quem ego ſic ornatum conduxi vt te falleret.

Tor. Scilicet.

Tri. Mehercule vera dico.

Tor. Quippin.

Tri. *Roſabellam* is ni caues ſubducet tibi.

Tor. Ha, he.

Tri. Mirum: quod non iuranti credis.

Tor. Credo tibi, ne deiera, credo.

Cup. Hæc eſt bona nota, imbreuiabo.

Tri. Medius-fidius iam iam fallo te.

Tor. Fallis medius fidius? hic tantundem auri, hic ſyngrapha mea, indicauit quod inter nos conuenerat ſigni, quid ni fallor *Trico.*

Tri.

Tri. At vide ne aurum illud *Tholoſanum* ſit.

Cup. Profecto eſt bonum aurum, eſt totum in *Roſe-nobles*.

Tor. Fallor, iam fallor.

Tri. Feſelli.

Cup. An vis babilare omnem diem cum illo? delibera mihi *Roſabellam*.

Tor. Dabitur tibi.

Cup. Nam ego habeo magnum opus domi ingroſſare agreamentum, Quimbiblos, Indenturas, Pilicoccos, Calimancas.

Tor. Verum dic mihi quid ſubnotaſti ſcripto modo.

Cup. Oh, ho, erat travellatoria obſeruatio, Notaui quod 5° *May*, vidi vnum *Portugallum* cum curuo collo ſic apparrellatum, et quod ille cognatus nebulo vult fallere te. Ponam in Printo.

Tor. Nota bene.

Cup. Debes etiam dare mihi counterpartnum Indenturae magiſtri mei.

Tor. Et hoc, et illud fiet, aurum vbi numerauero. Eamus intro.

Tri. Iamne abis ſemen ſcelerum? ſacrilege, ſacerime?

Tor. At ego fallor, *Trico*, nunc fallor.

Tri. *Triconem* conueniſſe memineris, *Senior*.

Tor. Memini *Senior*. Ego ad *Surdam* eo nunc numquid vis mandare, *Senior*?

Tri. M. be *Don*. M. be——ha be, qu...

mag...

magis cauebat cautor, captus magis, ſed iam hinc ibo: *Ignoramum* obſeruare volo, ne prius veniat, quam *Cupes* cum illa exeat. Poſt me recipiam ad *Antonium*: Nœuus ille mihi perplacet. Dolum procudam dolo.

Act III. Scæna VII.

Cupes. Roſabella.

Cup. HIc eſt Counterpana magiſtri me *Ignorami*, ha he. Os illi probè ſublitum.

Roſ. Verùm dic ſerio amabò, iamne tu me ducis ad *Antonium*?

Cup. Si vis puella, ipſe ducam.

Roſ. At quanquàm ſors ſiniſtra me malè habuit ſcias quiſquis es haud ſum ignobili oriunda ſanguine. Sic paupercula (præfirmè dico) dotem habeo pudicitiam, & ingenuos mores.

Cup. Eja pudicitiam in lupanari crepas?

Roſ. Vt ſolis radij in ſordibus non inquinantur, itidem nec animus pudicus inter impudicos.

Cup. Fœminæ criſtallinis vitris ſunt ſimillimæ:

mæ: ſerues ſummâ cura, occludas, obſeres, ali-
quando confringuntur tamèn; quippe quæ fra-
gile mercimonium.

Roſ. Nobilis mihi pater erat, is me bene e-
ducauit *Feſſæ*: atque patruus hic, ſceleſtus a-
lias, adhuc vſque me pudicè habuit tamèn.

Cup. Atqui haud ego te ad *Antonium* addu-
co iam.

Roſ. Atqui me iugula ergo. Præbeo en
ceruicem, funde ſanguinem.

Cup. Ad *Torcol* potius reducam te.

Roſ. Ne faxis obſecro. Nam vinctam is me
arctè tenuit modo; nunc peius habebit in ſu-
per ſi quid ingenuj ſanguinis habes, amabo
(munus erit) occidito me.

Cup. Bonum animum habe: ioco dixi om-
nia; ad *Antonium* ego mox deduco te.

Roſ. Obſecro ne me irrideas.

Cup. Vera dico, ita me dij ament: ſtatim
hic ipſe aderit.

Roſ. O ſpem inſperatam!

Cup. Eamus ne deprendamur. I intro.

Roſ. Probe agas, quæſo.

Cup. Agam equidem. Fores obſerabo, &
mox rediero. Iam ego obſonatum ibo hinc: hi-
larem hunc ſumam diem, vino & victu lepido.
At primùm mutabo veſtes hic in proximo

Act

Act III. Scæna VIII.

Pecus. Ignoramus. Polla.

Pec. MAgiſter, ego non poſſum inuenire *Dulman.*

Igno. Non? facias hutesium et clamorum poſt eum.

Pec. Puto fugit.

Igno. Abi *Pecus* facias attachiari.

Pec. Faciam in facto.

Igno. Quæ miſpriſio, quæ diſparagatio eſt hæc? In nomine diaboli quæ eſt tu?

Pol. Sum *Roſabella*, ſenior.

Igno. *Roſabella*? roſa diablæ. Sine dubio es Ribalda, quæ viuis in Tiplandis & lupanaria. Quid ais?

Pol. Sum *Roſabella*, alias *Bella*-roſa, ſenior.

Igno. Tu es bella roſa & ſuauis flos: habes faciem veteris bouis; non concordat cum recordo ſcio.

Pol. Sum tamen *Roſabella*, ſenior mio.

Igno. Per faciem tuam iurarem quod es Hagga & Hobgoblina.

Pol. Talia verba comminiſcere, vt nihil p[...] ne intelligam.

Igno. Non intelligis? Dico quod es vna ſ[...] ciera, & maga.

Pol. Sagam et maleficam me innuit.

Igno. Rides? At ego indictabo te pro ſor[...] era vt es. Quod tu ſiniſter (diſcam nom[...] tuum) deum præ oculis non habens, ſed in[...] ſtigatione diabolica ſeducta, quaſda[...] malas diaboli artes, vocatus Witchcraft [...] Sorcerie, practicaſti in ſuper et contra per[...] ſonam Ambidextri Ignoranti: Ponam [...] ſuper patriam ſi viuo.

Pol. Quid ais, mi Animule?

Igno. Animule? ouſter lemain: tu oc[...] tas in aere ſuper broomas & baculos.

Pol. Meum corculum, quid adeò ſuccen[...] tuæ *Roſabellæ*?

Igno. O ho adhæc *Roſabella* tu: Non com[...] pos mentis ſum. Per fidem meam puto quod ſum ſorceratus in bono ſerio. Quid glotas ſu[...] ſuper me? Sentio neſcio quid. Sed ſi poſſe[...] trahere ſanguinem de ea primum non curo. A[...] uenturabo: non audeo; immò audeo. *Pa*[...] *sana de diauolo.*

Pol. Mane, ſandalia dum exuam mihi.

Igno. Ego te ſcalpam pro ſorciera vt es.

Pol. Minare? diſcabinabo ego te. Trane lon[...] gurio etiam auſus irritare me?

Igno. O ho, vi et armis et manu forti [...] oh moderatè: miſericordia; ſaltem licen[...]

ſu[...]

[illegible]pendi.

Pol. Ornabo te vt dignus es Venefice.

Igno. Oh ſuperſedeas te non moleſtans [illegible]; cuſtodi pacem, cuſtodi pacem.

Pol. Sumne *Roſabella* iam?

Igno. Et quid vis. Profectò ego ſum mahemiatus. Habebo appelam de plagis mahemio.

Pol. Abin' dœmoniace annon?

Igno. Abeo, ſum valde bruſatus. Ibo ad manſorium, & dicam orationes meas: ſed tu diabo [illegible]ulwitte ſorciera.

Pol. Cornicaris laruule? medius fidius opinor hunc hominem eſſe dœmoniacum: verbæ certè magica loquitur. Nunc domum ibo, & vicinis hæc narrabo vt caueant ab illo dœmoniaco. At occluſa ianua eſt. Feci male quod claues haud obſtulerim, ſed forſan aliquis intus eſt. Pultabo. Tic tocke. Tick tock.

Act III. Scæna VIIII.

Polla. Roſabella ad feneſtram.

Roſ. QVis eſt? quid vis tibi?

Pol. Eia pulchre. Dominam aliena

na rogat quæ eſt, quæ velit. Tu quænam es? aut quid hic agis malum?

Roſ. Pater familias redierit illicò.

Pol. Prædixin' hodie? Viri mei belliſſimi pellex hæc eſt.

Roſ. Loquere vt decet: non ſum iſtarum operarum ego.

Pol. Nempe hoc illud erat quod me tam properè amandabat foras, hanc vt ductaret interim. Siccine ſcortam in œdes obducier ob oculos mihi? hæccine vt patiar? ego te Scortum ſcortorum.

Roſ. Mitte malè loqui: alia ſum quam rere.

Pol. Meis in ædibus? Annon ſat eſt dotem meam comedere, quin ſcortetur etiam?

Roſ. Me, oj me, oj miſeram, quali mandatam viro?

Pol. Stulta, quid fles? At ego et illum, & illam & illos omnes faciam vt fleant, & fleam hodiè. O ſi poſſem fores effringere?

Roſ. Oj me inſana eſt hæc mulier.

Pol. Ibo potius, atque per omnes Cauponas vbi eſt perquiram, fuſtem alicubi inuenero, quo me vlciſcar. Hei mihi quod non ſunt longiores vngulæ.

Act.

Act III. Scæna X.

Cupes. Caupo. Fidicines. *Polla. Roſabella.*

Cup. O Feſtum diem, multum obſonaui bonarum rerum ex ſententia, Fidicines etiam quo ſimus lætiores conduxi mihi, ſed vbi ſunt? O mei ſacerdotes; quæ libaſtis ſacrificia vinum, placentæ, caupones mihi Deo veſtro per quam accepta ſunt. O Gallinagines, Phaſiani, Perdices vt ego vos amo et colo; vos eſtis auium Nobiles, ecce quam pulchrè et magnificè amicti! vt vos ſector lubens? Anates, Anſeres, et id genus auium plebei ſunt, et ruſtici, illos nihil moror.

Pol. Tandem reperi. Hui quantum ſuo parauit conuiuium ſcorto? ſub-auſcultabo paululum.

Cup. O amica mea pinguicula capo nudus quanto pulchrior vxore *Polla*?

Pol. Ai'n vero.

Cup. Vt te baſio lubens? quam dulce oſculū

 mul-

multò dulcius oſculo vxoris *Pollæ*.

Pol. Etiam mihi caponem præfers? at haud inulte.

Fid. Fædam vxorem habes.

Pol. Ego te etiam.———

Cup. Nihil magis larua, *Gorgon, Styx, Scylla, Hydra, Harpya*, omne monſtrum eſt.

Pol. O Dij vix me reprimo.

Ca. *Cupes* cantemus quæſo iſtam cantiunculam de vxore tua *Polla*.

Cup. Quamne ego apud vos in œnopolio compoſui?

Can. Eam ipſam amabo.

Pol. Etiam occentor, væ mihi, imò væ vobis.

Can. Cantemus.

Cup. At ſi reſcierit illa?

Can. Quid tum?

Cup. Leæna fugiens eſt, vel hyeme, cum *Borea*, quam cum ea habitare malim.

Pol. Vera ariolare, iam vos ego fulminabo illico.

Can. Incipe quæſo.

Cup. Circumſpiciam primum, hic ne propè ſit, tremo eum cogito.

Pol. St, me occultabo.

Cup. Nemo eſt, agite iam *Fidicines*.

Pol. Per vrbem cantor? verum niſi vos incantem itidem——— *Cupes et alij cantant.*

Ca

Cupis vxor Polla, ô ſifrangat colla, Om-
Polla, Colla, diſpereat, intereat. nes
Vxores pari ſorte, pereant pari mor- whooh
te, ſorte, morte, diſpereant, intereant. ha, ha.

Pol, O ſi fulmen haberem, quo ferirem omnes.

Cau. Iterum quæſo, *Cupis vxor Polla*, ô ſi frangat colla &c.

Pol. Durare nequeo. *Polla veſtra colla*—— *thwicke thwacke.*

Cup. Occidi.

Cau. O ime.

Cup. Hei mihi.

Fid. Væ mihi.

Pol. Hæc noua cantilena eſt.

Cup. Obſecro vxor.

Fid. O me perditum: fides fregit, perijt victum, perij ego.

Pol. Quid non canitis iam?

Cup. Heus *Fidicines*, Lachrymæ.

Pol. Hem tibi fæda ſum ego.

Fid. Oime, oime, *Exeunt Fidicines.*

Pol. Ego fidibus canam, num cantor? Hei mihi anhelitus mihi deficit.

Cup. Vbi terrarum ſim neſcio prorſus, ſiquis me roget: nunc, vin' bibere vinum meum mel.

Pol. Meum fel, ipſa propinabo tibi, atque inuitabo ad cænam meretriciam.

Cup. Obſonium projicis? num mittis miſſilia imperatoria? hem ſi proba es redde, redde rurſus, occidi, vinum etiam effundis? ſaltem

 parce

parce vino. Oime purpuream vomit ille animam. *Polla* me interime, de nobis facile eſt, ſcelus iugulare falernum.

Pol. Nunc inuocato pellicem ad cænam qua digna eſt.

Cup. Hercle vxor non eſt amica mea.

Pol. Da clauem, da, da, da, fores effringam igitur intrò huc irrumpam.

Cup. Nihil audit, illi oblitus fui narrare anteá, *Roſabellam* me huc ad ædes adducturam meas.

Pol. Meretrix faceſſe ædibus, ædibus faceſſe meretrix.

Roſ. Hei mihi, quo me ejicis?

Pol. In lupanar, quo digna es.

Cup. Vxor, probri ſum inſons, oime quo me vis abire?

Pol. Im malam crucem, proſtibulum.

Roſ. Ne me interime.

Pol. I modo, I ſcortum, I, I.

Roſ. Oime abeo.

Cup. Abijt, perij, *Roſabella* eſt, vxor, non eſt amica mea.

Pol Ego tuas *Roſas——bellas,*—tu mortem præoptas mihi, *Polla frangat colla.*

Cup. Vxor ſi cauſam ſcires, cur tibi mortem optauerim haud excandeſceres ita.

Pol. Ain' quid eſt?

Cup. More ſit moriri ſuam quiſque vxorem vt velit.

Pol. Siccine te purgitas?

Cup.

Cup. Oime, oime placide vxor. Ah *Megæra.*

Pol. Hæc ſi prima placet menſa dabitur ſecunda inſuper.

Cup. Habeo gratias vxor, primum non placet ferculum.

Pol. Vlta me ſum aliquantulum.

Cup. Aliquantulum ais? ſi hoc eſt tuum aliquantulum, quid quæſo eſt tuum aliquantum?

Pol. Iutroibo iam, niſi tu mox introueneris aliter ego intus accipiam te.

Cup. Quid iam faciam? ſaltem cænam hic meditabor paululum, perdices——hum,—— phaſiani——at vinum——oime.

Act. III. Scæna XI.

Antonius. Cupes.

Ant. NArranit mihi *Cupes* modo, ſaluam eſſe apud ſeſe *Roſabellam* quod ſi ſit, quid mihi lætius eſt, beatiuſue? atque eccum, triſtis eſt, non placet.

Cup. O fælices vos qui cænam habetis meam.

Ant. Cupes.

Cup. Quis vocat?

Ant. Num quis intus eſt?

Cup. Eſſet vtinam, foris eſt funditus.

Ant. Ecquid valet?

Cup. Tota perijt, nihil hic niſi ſtrages, ejectiones, & miſeræ effuſiones.

Ant. Me miſerum an effudit?

Cup. Maxime.

Ant. Sanguinem?

Cup. Et ſuccum omnem.

Ant. Oime.

Cup. Totam carnem etiam, et oſſa crudelis diſperſit vndique.

Ant. O monſtrum quomodo hoc?

Cup. Manibus, pedibus, colaphis, verberibus.

Ant. O *Roſabella* mea.

Cup. O vinum, vinulum meum.

Ant. Sine te nolo viuere.

Cup. Sine te nequeo bibere.

Ant. Quis tantum facinus auſus?

Cup. *Vxor Polla.*

Ant. O ſcelus vbi fecit?

Cup. Hoc ipſo in loco, vide.

Ant. Quid id eſt?

Cup. Vinum fuit, ſed miſerum eſt fuiſſe.

Ant. Quin ego de *Roſabella* loquor.

Cup. Quin ego de vino, et cibo meo.

Ant. In malam rem cum vino, cum cibo tuo.

Cup.

Cup. In malam rem cum *Roſabella*, cum amoribus tuis.

Ant. Igitur ſceleſte vbi eſt illa iam?

Cup. Huc adduxeram eam, vxor autem amicam ſuſpicata meam verberibus extruſit domo.

Ant. O feram! Nihilne reuerita illa formam tam diuinam?

Cup. Illane quæ nihil reuerita vinum tam diuinum?

Ant. Vbi eſt ſcelus vxor tua? Ego illam.—

Cup. Tu illam?— illa te—ne attingas, neue irritaſſis ſi ſapis. Centum illa *Antonios*, *Cleopatras* etiam.————

Ant. Quonam abijt *Roſabella*?

Cup. Hac fugit, quò verò neſcio.

Ant. O me inſipientem; qui tantum theſaurum crediderim *ganeoni*, ibo, atque inueſtigabo vbi, vbi eſt, ſed quo me nunc vertam? quod iter ingrediar? hac itero, illac potius.

Exit Antonius.

Act III. Scæna XII.

Roſabella. Antonius. Cupes.

Roſ. FOrtuna vitrea eſt, quæ cum ſplendet frangitur, nam quæ cælum digito viſa ſum modo attingere, quam ſubito quaſi ad inferos præceps decidi? vbi ego nunc inueniam *Antonium* incertum eſt, cæterum aut illum aut mortem inuenire certum eſt mihi.

Cup. Cænam adhuc ſtupens meditor *multa vini virtus animo multuſque recurſat dentis honos—hærent caponis pectore vultus.*

Ant. Plateas omnes circumcurſito, quæro, rogo, ecquam viderint tali filo virginem, aiunt illa facie hic vidiſſe modo, properabo igitur iſtac. *Exit Alio.*

Cup. *Quam ſeſe ore ferens quam pingui pectore, et alis.*

Roſ. Oime nuſquam reperio, ſed ſi te ſemel aſſequar *Antoni* nunquam amittam poſtea.

Cup. *O mihi poſt nullos perdix memorande ſodales.*

Roſ.

Roſ. Dij date inueniendi copiam, date obſecro pudicitiæ præmium. Iam iſtac ibo, Dij ne deſerite.

Cup. Malum me eſſe certum eſt, malus ſum, fateor, ideoque hoc mali merito euenit mihi malo. *Sed quid fecerunt optima vina mali?*

Ant. Ahime nondum uideo, quod ſi adipiſcar ſemel qui hanc mihi, vitam eripiet ſimul: nunquã deſatiſcar quærere dum inueniam, illac iam nunc incedam. Dij vertant bene.

Cup. Conuiuæ fortaße tui meruere perire,
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

Act III. Scæna XIII.

Ignoramus. Cupes.

Igno. PVto eram natus ſub *Cancro*, ita omnia mea eunt in retrorſum.

Cup. Etiamne tu redijſti tentabo rurſus incere timorem ei.

Igno. Habebo vnum **mittimus** pro illa ſorciera, et alium **mittimus** pro villano ſocmonno *Torcol*, ſed primum parlabo cum illo.

Cup. Trin———Tran.

Igno.

Igno. Quid audio? num cornutat iterum hic? ſuper vitam meam eſt geldator, valde to meo illum riotoſum.

Cup. Trin———Tran.

Igno. *At Lucanus ait, Cornu tibi cura ſiniſtri.*

Cup. Ha, he, nunquam reſpexit pecus, qui currit currit, ſed qui fugit volat. Introiens nunc *Pollam* vxorē narrare vicinis modo pro certo hunc *Ignoramum* eſſe *Dæmoniacum*, credit illi, credunt illi: optima huic dabitur occaſio amplius, ſi opus malefaciendi huic. Quanquam enim de *Roſabella* ſucceſſit inauſpicato, dabo vſque operam *Antonio* tamen. Aliquâ ſpero mihi alios extricabo nummos. Intro nunc ibo ad *Dracenam* meam.

Finis Actus Tertij.

Act IIII. Scæna I.

Antonius. Roſabella.

Ant. ATqui ego hoc idem, ſpes mea, ſpondeo tibi. Nos igitur niſi mors ſola nihil ſeparauerit.

Roſ. Equidem bene cadet ſpero quoniam tam auſpicato conuenimus modo. Ceterum vnde amabo næuus hic tibi in mala tam ſubito natus?

Ant. Scies *Londini* mihi geminus germanus eſt.

Roſ. *Antoninus.*

Ant. Scilicet olim narraui tibi.

Roſ. Qui tibi tam ſimilis, vt ne vel parentes vos-

vos queant internoſcere.

Ant. Recte, niſi *Antonino* dextræ ad na[...] malæ nævulus inuicem nos diſtinxerat.

Roſ. Intelligo.

Ant. *Triconis* itaque conſilio pictor mihi hunc appinxit nævulum, *Antoninum* vti hoc pacto me eſſe aſſimulem, quaſique *Londino* veniam a *Dorothea* matre.

Roſ. Quomodo iſthoc quæſo?

Ant. Nempe quo ita in patris ſimul accipiamur ædibus.

Roſ. Tu forſan, verum quid de me fiat interea?

Ant. Tibi proſpectum etiam erit itidem ac mihi, *Antoninus* nuper vxorem duxit. *Catherinam*, è *Manlij* filijs alteram, tu iam illa es, ergo vxor mea *Catherina*.

Roſ. Tuque *Antoninus* maritus meus.

Ant. Optime.

Roſ. At nunquam illam vidit *Catherinam* pater?

Ant. Nunquam, frater autem ex quo cum matre ſexennis relictus eſt *Londini*, neque illi nos, neque nos illos interea interuiſimus.

Roſ. Qui id?

Ant. Huc vt profecti bello capti ſumus, ſcis iam quid te velim?

Roſ. Scio.

Ant. Loqueris etiam *Anglice*?

Roſ. Optime nam *Feſia* primo didici ex *Anglia* quæ mihi tum pediſſequa, poſt hic etiam

qu[...]

quo melius calleam cum tui, tum gentis cauſâ, cum *Anglia* mihi familiari loqui conſueui *Anglice*.

Ant. Idemque quod patria eſt *Anglia*, factitaui cum *Anglis* ego.

Roſ. Deinde porro.

Ant. Cum in patrem igitur incidimus loquemur *Anglicè*, illumque qui ſit neſcire ſimulabimus.

Roſ. Recte.

Ant. Literas a *Dorothea* matre quaſi habeo ad patrem hic. *Trico* finxit optime ſcripturam. At, at pater ecce egreditur, volebam melius docuiſſe te, tu vero vt ſubſeruias orationi vt cunque opus ſit verbis vide.

Roſ. Faciam.

Ant. Tace.

Act IIII. Scæna II.

Theodorus. Antonius. Roſabella.

Theo. NOtarius nunc mihi adeundus eſt, hercle plena res moleſtiæ litigare, ſed

ſed quid video? filiumne meum *Antonium*? [illegible]
detur equidem, nequaquam, fieri non poteſt, [illegible]
redierit, is. Dij boni is eſt tamen, *Antoni*, [illegible]
Antoni, nihil reſpondit mihi, ipſus non eſt, [illegible]
rum illi quam ſimilis? verum ipſus eſt, *Anto*[illegible]
Antoni, hola.

Ant. what meanes the old Gentleman?

Theo. Hem loquitur *Anglice* quin ſecum [illegible]
lierem ducit, quæ tu es? aut vnde quæſo [illegible]
intelligis?

Roſ. we both vnderſtand your Language Sir, but cannot ſpeake it, doe you ſpeake Engliſh [illegible] I pray?

Theo. Intelligo tantum, *Antoni*, quid [illegible]
reſponde mihi, *Antoni* inquam.

Ant. who would you ſpeake withall Sir?

Theo. Tecum loquar, quid *Anglice* reſpon[illegible]
Impudens?

Ant. Good words Sir.

Roſ. You are very vnciuill Sir to ſtrang[illegible]
an old man too, fie.

Theo. Num fallor? forte *Antonius* non e[illegible]
alium ornatum habet, fabulatur etiam *Anglic*[illegible]
quod neque ſolet, neque perite vt puto po[illegible]
certe alius eſt, verum facies illi prorſus ead[illegible]
procul dubio ipſus eſt.

Ant. Good old father can you tell me the [illegible]
to the Pallace?

Theo. Annon tute *Antonius*?

Ant. I am not Antony though my name [illegible]
very neere it.

Theo. Quid ineptis? negas te eſſe *Antoni-us?*

Roſ. Pray God he be in his wits.

Ant. Sure he is not well.

Theo. Num inſanio ego? quamobrem?

Ant. You call me Antony, *and talke as if you knew me.*

Theo. Vel tu *Antonius*, vel ego vere inſanio.

Roſ. Pri'thee lets be gone?

Theo. Quid dicam? nauem vt conſcenderat vidi procedere longiuſcule. Hæreo aliquantulum.

Ant. Bene eſt: occepit dubitare.

Theo. At tentabo adhuc.

Ant. Fare you well Sir.

Theo. Mane quæſo, quod tibi nomen eſſe dicis?

Ant. You are very inquiſitiue Sir, but my name is Antoninus.

Theo. Antoninus! cuias es?

Ant. I was borne at London, *but my Parents were of* Bourdeux.

Theo Patris nomen?

Ant. Theodore.

Theo. Matris.

Ant. Dorothy, but I pray you ſir why aske you theſe particulars?

Theo. Alioſne habet liberos mater?

Ant. One more here in Bourdeux *my twin-brother, doe you know one* Theodore *heere a Gentleman in this Citty?*

Theo.

Theo. Noſti illum ſi videris *Theodorum?*

Ant. No indeed ſir, though he be my Father, I haue not ſeene him this 15. *yeares.*

Theo. At ego a dextra in mala nævulo certè ſi videro noui *Antoninum*; ſine quæſo inſpiciam.

Roſ. He is a curious examiner.

Theo. Ecce nævum, iam ſcio te meum eſſe *Antoninum*, veni in amplexus fili, veni.

Ant. what now?

Theo.. Tuus ego ſum pater *Theodorus*, priuſquam enim nævum hunc inſpexeram, fratrem tuum *Antonium* tui ſimilimum credidi.

Ant. You my Father?

Roſ. Iam in tuto ſumus.

Theo. O mi Antonine.

Ant. By your pertinent queſtions ſir now I beleeue you are my Father, pardon I beſeech you my former inciuilities.

Theo. Mi *Antonine* gratulor adventum tibi, mater *Dorothea*, quid non venit? vt valet?

Ant. Shee is well ſir, and remembers hir hu[mble] loue vnto you by mee, and this letter.

Theo. Mox perlegam.

Ant. You ſhall vnderſtand there the occaſion that detaines her.

Theo. Sed quænam eſt illa quæſo?

Ant. My wife ſir, one of Alderman Manlies *daughters.*

Theo. Catherina?

Ant. The ſame Sir.

Theo. O *Catherina* nurus mea chariſſima.

Roſ.

Roſ. *My deare good Father.*
Theo. Quam optato ? *Catherina* etiam, vt ſibi præ gaudio nunc exiliunt lachrymæ.
Ant. *I pray ſir how doth my brother ?*
Theo. *Londinum* verſus is hodie vos accerſitum abijt.
Ant. *I am ſorry I ſhall not ſee my ſelfe in him ſo ſoone as I hoped.*

Act IIII. Scæna. III.

Trico. Theodorus. Antonius. Roſabella.

Tri. Hinc ego omnia ſubauſcultaui clanculum; adibo iam quaſi a villa venerim. Heri ſudaui ſtrenuè apud villam hodie phy immodice caleo.
Theo. Quid non venit villicus, vt iuſſeram.
Tri. Bos ille camarus æger eſt, malum neſcio qui nunc illi medicatur cras ad erit.
Theo. Bene factum.
Tri. O here *Antoni* ſalue nimium redijſti cito.
Theo. Ha, he, quem arbitrare hunc?
Tri. Quem niſi *Antonium.*
Theo. Geminus frater *Antoninus* eſt illi equidem ſimillimus.
Tri. Here ne me ludos facias, ipſiſſimus eſt *Antonius.*

Theo.

Theo. Tace ſtulte.

Tri. Quænam eſt illa mulier?

Theo. *Catherina* vxor eius.

Tri. Amica forſan vel ſponſa quid me lu-here? viden' vt ſubrideat?

Ant. *what bold companion's that?*

Tri. Papæ quis ille ſermo eſt.

Theo. *Anglicus.*

Tri. Iamne *Anglice* fingit? here dic ſci-num *Antonius* ille.

Theo. Maxime.

Tri. Vera loquitor.

Theo. Num mentior?

Tri. Mentiri minime forſan mendacium d-cere.

Theo. Ha, ha, he.

Tri. Rides iam? at ne poſt doleat caue me-neo, tantum here moneo, ſcis me fuiſſe apud vi-lam, vide ne culpam in me transferas poſtea.

Theo. Nolo, ita me dij ament nolo.

Tri. Memento.

Ant. *Come ſirrah you and I muſt ieſt a litt-together.*

Tri. In malam peſtem *Anglicum* hoc.

Theo. Ha, he, quid non iocaris?

Roſ. *Good ſir let him alone, hee is not wor-your anger.*

Tri. Here vin' me mentiri etiam.

Theo. Accede huc.

Tri. Abſcedat ille.

Theo. Habet *Antonius* in mala nævum?

Tri. Ille e minime audiui *Antoninum.*

Theo. En vide.

Tri. Hercle here iam tecum ſentio extra rum illum vero cætera quam ſimilis.

Theo. Nunc abi tu ad *Pœtum* Notarium s me venturum dicito.

Tri. Abeo ac tu *Antonine* ſtultitiæ quæſo ignoſcas meæ.

Ant. well, be it ſo.

Theo. Nurus, feſſam te de itinere eſſe arbitror.

Roſ. A little ſir.

Theo. Amabo introeas igitur. *Antoninum* eum de rebus *Anglicis* paululum percontari libet.

Roſ. At your pleaſure ſir.

Theo. Heus vos præite, filiæ meæ commonſtrate, vbi ſe refocillet commode. Iam vxoris literam perlegam. O dulces literas.

Tri. O fraus dulciſſima, nunc Congerronem meum adibo, cui præcipiam quid agat inſuper, hæc fallacia in anguſtum venerit, vſque nos bubabimus hic, me miſerum *Pyropum* video, properat quantum poteſt.

Ant. Hei mihi cuius veſtimentis induor, iarius adeſt, niſi iam me *Trico* adiuuat perij funditus.

Act

Act IIII. Scæna IIII.

Pyropus. Antonius. Theodorus.

Pyr. QVem mihi *Antonius* in pignus dedit pro ornamentis annulari monſtrauit aurifici ſubæratum ait, neque carbunculum eſſe hunc, ſed nihil prorſus ſcite tinctum vitrum. Quam lepide me lactabat verſutus ille ſeruus, cum dixi ego *vt ſcintillat ſanè*, is ingeminabat *vt ſcintillat ſanè*, uerum queſticuli cauſa ego nunc aio *ſanè* nunc iuro *planè* fallimus et fallimur inuicem: at ne nunc circumducar ornamentis vereor.

Ant, Totus timeo.

Theo, Literas quidem amanter et cordate ſcriptas.

Ant. Defeſſus ſum pater, Introeamus *Pyrope*.

Theo. Noſtrum etiam ſcis ſermonem loqui?

Ant. A word or two ſir, profecto mei plane oblitus eram, ita me hic perturbat veſtiarius.

Pyr. Sed eccum ipſum opportunè.

Theo. Introeamus igitur.

Pyr. Monſieur ſiccine tui ordinis virum me-

[illegible]um agere?

Theo. Eccum etiam alterum, ha, he.

Tyr. Ridere paulo minus eſt quam deridere.

Theo. Ha, ha, he, riſum continere nequeo, da veniam multis de cauſis. Hilaris ſum hodie, idque meritiſſimo.

Ant. *Another miſtake ſir.*

Theo. Quicum putas iam te fabulari.

Pyr. Cum iuvene illo *Antonio.*

Theo. Scibam errare te, ha, ha, he.

Ant. Adhuc ſalua res eſt.

Tyr. Aio *Antonium* iſtum pro ornamentis [illegible]beratum pignori appoſuiſſe annulum.

Ant. *Sir, this fellow is ſome cheater ſure.*

Theo. Tecum ſentio, quin aio *Antoninum* hinc abiiſſe *Londinum.*

Ant. *The more I looke vpon the fellow, the worſe I like him, if you marke him well ſir, hee hath a knaues looke.*

Theo. Non placet hercle.

Ant. *Sir, will you giue me leaue to beate the knaue.*

Theo. Placide.

Pyr. *Anglice* iam, video quam rem facitis.

The. Quoties iterabo tibi, non eſt hic *Antonius.*

Pyr. Quis eſt igitur.

Theo. Frater *Antoninus.*

Pyr. Erat hodie prius is *Antonius*, nunc *Antoninus*, mox erit forſan *Antoninulus*, atque ita ex nominis diminutiuis mea poſtulatis mihi dil-

minuere veſtimenta.

Theo. Ha, ha, he, reſponde, nunquis in vult nævus illi *Antonio?*

Pyr. Neutiquam

Theo. Huic eſt vide.

Pyr. Fallor annon? Imo non fallor, meis indutum video ornamentis, nullus ijs nævus additus eſt.

Ant. Sir, he ſees I am a ſtranger, and means to abuſe me.

Theo. Quid hic tuis ageret veſtimentis?

Pyr. Dixit ſe velle quendam facere ſycophantam,

Ant. Come hither ſirrah you.

Pyr. Ornamentis cupis me eludere *Anglicè*, reddes tamen *Gallicè*.

Theo. Oſtinatus eſt de veſtimentis, quid & animi pendeo.

Ant. Perij, hæſitare incipit. *Sir, it may be Antony borrowed ſome clothes of him.*

Theo. Alia res eſt, quicquid eſt.

Act IIII. Scæna V.

Trico. Cupes. Antonius. Theodorus. Pyropus.

Tri. IAm loquere *Anglice*, atque aſſimula quaſi.——

Cup. Scio, ne mone, *Anglus* nauta nunc ſum, huc *Antoniū* qui advexi hodie, niſi ego hunc confuto veſtiarium.

Tri. Propera, hic ego me interea abſtrudam prope.

Pyr. Vin' lictores adduci huc qui mea tibi detrahant ornamenta?

Theo. Quid fit dubito.

Cup. *O maiſter* Antony, *God ſaue you ſir, I come for money ſir for your paſſage.*

Ant. *Welcome* Mariner.

Cup. *How doth miſtreſſe* Catherine?

Ant. *Shee's well within heere.*

Theo. Quis ille eſt?

Ant. *The Maſters Mate ſir that brought vs ouer.*

Theo. Opportune, num tu hunc *Londino* aduexiſti huc?

Ant. He vnderſtands you not ſir, hee askes if you brought vs from London *hither.*

Cup. Marrie did I ſir?

Ant. Here is an odde fellow ſaies no.

Cup. Doth he in truth?

Ant. And ſaies that I am not Antonine.

Cup. Very good I faith.

Ant. And that I weare his clothes.

Cup. Better, & better, but doth hee indeed? the rogue meanes to cheate me of my hire, ſhall I beate the ſlaue?

Theo. Mane, heus, nauta ille *Anglus* adeſt qui vexit hunc, quid iam ais?

Pyr. Bene, video quid molimini.

Ant. This fellow will not beleeue you.

Cup. Is he an Infidell? let me come to the Pagan.

Pyr. Minatur etiam, quæ hac res eſt?

Cup. By the faith of a Saylor Sir there be an hundred Mariners *cantestifie I brought this Gentleman & Miſtreſſe* Catherine *ouer in the good ſhip called the* Speed-well.

Theo. Centum ait ad portum nautas hoc idem teſtaturos.

Pyr. Video ex compacto agi.

Cup. Hang him Swabber doth hee grumble? if you loue mee let me giue him a ſalt Eele, while I am in heart, money ſir for the paſſage,

Ant. I pray ſir giue him his money, I haue

not enough to pay him.

Theo. Quantum eſt?

Ant. How much?

Cup. Sixe pounds you know, and richly worth it though I ſay it, you had as good bisket, & ſalt beefe.

Theo. Heus *Richarde* affer huc viginti coronatas.

Pyr. Quid viginti nominas! nihil agis, redde ornamenta.

Cup. I know he ſpeakes ill of me, I muſt needs hang him.

Pyr. Quid agis? perij.

Theo. Omitte.

Cup. what cony-catchers heere?

Pyr. Siccine? in Ius vocabo vos. *Exit Pyr.*

Cupes. Doe you mumble ſtill, twa's time for you to goe i'faith: your ſonne ſir was neuer ſick all the way, marry his man and his maid was faine to be ſet on ſhore.

Theo. Alios tibi ſeruos dedero. En tibi.

Cup. I marry ſir, I vnderſtand this well, here is a braue wind for vs if it will hold this weeke, I am for London *againe, will you any thing to your Mother?*

Theo. Salutem meo nomine matri nunciet tibi.

Ant. Remember my Fathers loue, and my dutie.

Cup. I will, adiew.

Theo. Eamus iam intro fili.

Ant. Mi *Cupes* ſeruaſti me.

Cup. Abi tu ne deprehendamur hic.

Exit Ant.

Tri. O mea fraus confirmaſti *Theodorum* probe.

Cup. Nactus etiam aridum argentum *Trico*, *good Engliſh, very good Engliſh*, hinc alia parabitur cæna, *Polla* haud coquet tamen.

Tri. At quid ſi nunc *Ignoramus* venerit?

Cup. Veniet ſcio, et turbellas dabit, inueni tamen vt illum porro ludificemur.

Tri. Quidnam?

Cup. Qua ex ipſius, qua ex *Pollæ* verbis dæmoniacum eſſe eum per totam viciniam rumor iam increbuit.

Tri. Illum itaque exorciſabimus.

Cup. Recte atque id ipſum me factum *Pollæ* prædixi anteá.

Tri. Rediſtis ergo in gratiam.

Cup. Scilicet, atque promiſſit inſuper, hac in re velle ſe opitulari mihi: vna opera ſi nunc *Torcol* venerit aliqua abſterrabimus.

Tri. Sed quis exorciſabit?

Cup. Me vide, atque per tempus en exit frater *Colla*, lepidus compotor meus, mirum niſi quod ſolet me quærit, vt poſcat poculis. Eum certum eſt collegam aſciſcam mihi.

Act

Act IIII. Scæna VI.

Cola. Cupes. Trico.

Cola. HA, he, vbi nunc *Cupem* inueniam Combibonem meum ?

Cup. Simne ego?

Col. Confratris mei cuculum hic vt libros vici in alea modo: Iurat is quaſi auriga nunc et me diris deuouet. Nihilominus *Cupes* hæc vendat volo, quo laute cœnamus vna nam nequeo ſemper victitare iuſculo. Ibo quæſitum eum.

Cup. O mi confeſſor.
Col. O mi confeſſor.
Cup. Mi ſpiritualis pater.
Col. Mi carnalis frater.
Cup. Bibamus molle vinum.
Col. Sed cyathum ter trinum.
Cup. Cucullate pater.
Col. Hæc eſt lingua bubula.
Cup. Frons non erit nubila.

Col. Delicate frater, ha, he, rideamus, am-

plexamur inuicem.

Cup. Frater, tuâ nunc mihi opera opus eſt.

Col. Quid eſt?

Cup. *Ignoramus Anglus* quidam nobis exorcizandus eſt.

Cup. An dœmonem habet?

Cup. Quaſi, ſed poſt narrabo tibi hoc ſi feceris.

Col. Faciam libens, nam laruatus non ſit licet, famam inde mihi, vt alij itidem forſan excitauero: Clarus frater *Cola*, ſanctus *Cola* fugat dœmones, ha, he.

Tri. En tibi cucullum oportune.

Col. Vendatur.

Cup. Nondum: nam frater *Cupes* etiam fugauit Dœmones, hoc me ornabo iam in exorciſmo, quo te ipſe adiuuem.

Col. Optimè, ha, he, optimè.

Tri. Poſtquam exorciſatus ad tuum deferri cures monaſterium, vbi eum alij detineant fratres alijs exorciſmis.

Col. Fiet, poſt illa mi confrater linguam hanc nos bene exorciſabimus.

Cup. Cum aqua minime, ſed vino benedicto

Col. Ha, he, cænabimus ad ſcropham nentem. *O qui'ly a de bon vin lá*, cantabimus, ſaltabimus, hei, hei, verum tu hæc vendas tamen.

Cup. Quid? veteres Poſtillatores nauci ſunt, frater *Menot*, et frater *Maliard* etiam, ô ridicularios.

Tri. Propera quæſo, abi, et orna te.

Cup.

Cup. Frater hinc tu nunc eas, ad S^ti^ *Seueriui*, illinc ad exorciſmum pompam huc traducito, ipſe continuò vbi me oxornauero iſtac in platea tibi obviam dedero.

Col. Eo, ſed linguam hanc dum redeo ſerua diligenter. *Sis fidus Achates.*

Act IIII. Scæna VII.

Ignoramus. Trico. Dulman.

Igno. STeppa *Dulman*, ſtoppa fellonem, ſtoppa *Dulman*, ſtoppa. *Exit.*

Tri. Adibo *Antonium* rem omnem aperiam ille, Inde per Antiportum, poſt ad *Cuſpem* me recipiam. *Exit.*

Igno. Stoppa *Dulman*, ſtoppa ah vagabunde felo, habeo te per aures iam *ne bouge point.*

Dul. Bone magiſter.

Ig. Ah fugitiue, putabas quod non poſſum pignere te iterum, ſi eras ſuper faciem terræ? quid ergo fugitabas pro eo?

Dul. Abſcurrebam a te quod eras in tam pelmante cholera pro *Roſabella*, vt non volebas audire.

 dire.

dire me.

Ig. Bonus annus de te, quid audiam? vbi putatis quod ego inueni eum, per fidem meam erat ille in quodam communi loco iacendi globos vocato a Bouling-alley, vbi ille **ludebat ad illicita luda contra ſtatutum**, ibi ſcio luſiſti viam meas coronas.

Dul. Videbam ſuper tantum.

Ig. O tu es **ſuperuiſor** fuiſti meus clericus viginti annos iam, num me vidiſti vnquam ludere globis?

Dul. Non ego.

Ig. Non ego warrantizabo, num es luſor? gigne tibi aliam deskam, non ſcribes plus ad deſkam meam.

Dul. Si tu ponis me viam a te ſum disfactus vt oſtrea.

Igno. Quid ergo non portaſti *Roſabellam* mihi?

Dul. Illam *Roſabellam* portabam quam *Torcol* deliberabat mihi.

Ig. Funis de te, vis me contrarotulare ad hue? num habebat curvum collum?

Dul. Imò per fidem, et plorabant ita in departo, quod faciebant me plorare quoque.

Ig. Es magnus vitulus vocatus *a great calfe.*

Dul. Et dederunt mihi vinum et ſaccharum etiam.

Ig. Vinum et ſaccharum, ibi eſt, es bellus ſaccharatus ſtultus, tu vis disfacere tuum magiſtrum pro una pecia de ſaccharo.

Dul.

Dul. Dedit mihi etiam vnam peciam de auro.

Igno. Vbi eſt illa? da mihi.

Dul. Magiſter illa eſt mea iam.

Ig. Es cognoſcens latro, vbi eſt mea counterpana?

Dul. Dixit quod portaret ſtatim poſt me.

Ig. Dixit? eſſem talis lobba *Dulman*? *Dulman* reuera.

Dul. Profecto magiſter.

Ib. Hange, hange: putabam quod *Muſeus* erat maior aſinus quam tu, ſed tu es maior aſinus quam vnus vniuerſitans.

Dul. Spero non ita.

Ig. Non eſt maior peſtilentia quam habere malos ſeruientes, miſi etiam *Pecus* ad *Torcol* pro *Roſabella*, ſed ille non venit neque, puto ille currit viam etiam.

Dul. Quæſo pardona hoc, et pugnabo tanquam diabolus pro te ſi venerint Geldrij.

Ig. Imò ego pugnabo iam, veniant ſi audent, ſpero ſum bene appunctus pro illis, vide, non ſum?

Dul. Magiſter non eſt *riota* portare tres dagarios.

Ig. **Se defendendo** non eſt, ſi occido illos caueant a me, **ſe defendendo** quicquid facio faciam per legem.

Dul. Magiſter ego copiaui hoc factum vide.

Ig. Da mihi, ego copiabo te.

Act

Act IIII. Scæna VIII.

Torcol. Ignoramus. Dulman.

Tor. LEpide accepi *Triconis* ſycophantam qui per poſticam ad me venit modo, quis es? *Pecus Ignorami* quid vis tibi? herus pro *Roſabella* vera me ad te miſit meus, ha, ha, he, in carcerem feci, ideò compingi, *Triconi* hunc tenebrionem *Pecus*, *Portugallum* vt fallat *Trico*?

Ig. Cape hoc aſine, ſemper ſcribis falſum latinum, ſi non potes ſcribere verum latinum vt ego ſcribo, abbreuias verba, ſcribe cum daſho vt multi faciunt, ſic nec facies errorem in Latino, nec errorem in lege.

Dul. Eſt bona regula.

Tor. *O ſenior Ignoramo come eſta veſtra merced.*

Ig. *Cometa villano in grano*, communis Pandorator vt es, ego complementabo tecum.

Tor. Ha, ha, he, mi feſtiuiſſime cognate, quid agit tua ſeniora *Roſabella*?

Ig-

Ig. Num me moccas etiam? at habebo aures tuas, ſi pileus tuus ſit de lana.

Tor. Num te pulchræ cæpit ſatietas *Roſabellæ*? ha, ha, he.

Ig. Rides? Diabolus frangat tuum curuum collum, putas hoc eſſe rem ridentem?

Tor. Quouſque adeo iocabimur, ha, ha, he.

Ig. Rides iterum? bene ride iam, ſed niſi faciam te vlulare ad barram vt bubo.

Tor. Hilaris es gaudeo ha, ha, he, ſed tantum obſecro ſerio hæc an ioco?

Ig. Putas iocum pro *Roſabella* mittere vnũ veterem haggam?

Tor. Quid ſit miror.

Ig. Miras?

Tor. Servus tuus *Dulman* ſyngrapham mihi dedit et ſexcentos aureos, ſignum etiam indicauit, huic itaque tradidi *Roſabellam*.

Ig. Veni tu huc bonus pro nihil, audis quid ille dicit?

Dul. Audio.

Tor. Num ego aliquam malam tibi mulierem forma dedi?

Dul. Ille cui dedi monetam is dedit mihi.

Tor. Tibine ego?

Dul. Ego neſcio, ſed erat talis *Torcol.*

Ig. Tace tu - bos, et tu tace, audi chargam non reſponde mihi niſi quod demando vos. Nũ hic ille?

Dul. Erat quidem.——————

Ig. Pax ſirrah, pax halt, num hic eſt ille qui.

Tor.

Tor. Hercle non ego.

Ig. Diabole, non vultis tacere? reſponde cum rogo.

Dul. Magiſter.——

Ig. Vis loqui adhuc, ſi ego te capio in manum——num hic eſt ille qui dedit tibi illam countrefactam mulierem? counterfactam mulierem.

Dul. Ille *Torcol* qui dedit mihi non erat talis *Torcol.*

Ig. Iam parla tu, num tu dediſti *Roſabellam* illi?

Tor. Ille cui illam dedi haud non erat talis *Dulman.*

Ig. Cui dediſti ergo? ego ſciam veritatem.

Tor. Alij qui tuo nomine poſcebant eam.

Ig. Iam tu; qualis erat ille ſeruiens qui habebat meos verſus.

Dul. Erat gracilis gracillimus, et habebat paruam nigram barbam.

Tor. Nigram?

Dul. Immo nigram.

Tor. Væ mihi.

Dul. Et erat cum illo cum curuo collo.

Ig. Quomodo vocabat ſe?

Dul. Mendoza.

Ig. Habes tu talem ſeruientem? quid non dicis? habis talem?

Tor. Minimè, minimè, mendax *Trico* is me coniecit in Tricas.

Ig. Ergo foriſfacies mille coronas taces? quid

quid non rides jam? non respondes quid? vis eſſe preſſus ad mortem?

Tor. Dolor linguam impedit.

Ig. Habe **quare impedit** pro ea tum, coronas, da, da, da.

Tor. O ſenior mio mucho honorifico bezolas manos di———

Ig. Putas ſoluere me cum vno *bezolas manos?* ſolue bonam et legalem monetam, ſolue.

Tor. Quid de me fiet? ſecundò naufragium feci oime.

Ig. Dixi antea quod facerem te vlulare vt bubo, ego docebo te ———

Tor. Miſericordia mio principali cauallierò.

Ig. Non principal villaine, non principal Raſcall.

Tor. Hercle ſoluendo non ſum.

Ig. Num vis vt faciam vnum **Diſtringas**, recouerabo coronas per legem, ſi tunica tua eſt ſuper dorſum tuum.

Tor. Attamen in ius rapi vereor, ſenior, quod ille nequam ambos nos decepit probos viros, eamus nos probi ambo vt illum nequam caſtigamus.

Ig. I tu ſi vis, non decepit me, ſed te, debet ſurgere per tempus qui decipit me.

Tor. Id me angit maximè quod *Portugallum* fefellit me; ô impium illum! *ſenior illuſtriſſime*, vt mihi ignoſcas, obſecro.

Ig. Non point Torcol non point, vous auez forfait l'obligation, cauſa patet.

Tor.

Tor. Num mihi quæſo miſiſti quendam cui nomen *Pecus?*

Ig. Immo, vbi eſt ille jam?

Tor. Da veniam, illum mandaui carceri, quippe *Triconis* putabam ſycophantam.

Ig. Heida, illum in gaolum etiam? actio pro falſo impriſonamento, niſi firko tuum curuum collum jam—— ——

Tor. Quin eamus, ſi placet, jam huc ambo ad *Antonium*, is eam deperit, videbimus primò ſi benignè aliquid poſſumus expiſcari, poſt id lege agamus ambo fortiter, lege ſenior.

Ig. Lege? ne cura pro lege, habebo et illum et te in lege.

Tor. Heus hoc agam primum, cape annulum hunc, jube ad ædes meas adducatur *Pecus.*

Ig. Habebo te poſt tamen, *Dulman*, I tu cum eo, vide illum ire ad largum ſuum, ſed primum cape aduizamentum.

Scena

Act IIII. Scæna IX.

Theodorus. Roſabella. Ignoramus. Torcol. Antonius. Dulman.

The. Poſt quam refecta es nutus tibi haud inamænum erit ſedere hic ſub dio, videas queſo.

Roſ. I thanke you ſir.

Ig. Fac ut dixi et cura pro nihil.

Exit Dulman.

Tor. Eamus ſenior et pultemus jam tick tock.

The. Quis noſtras pulſat fores?

Roſ. Patruus et *Ignoramus* ad ſunt, perij:

The. Quid vis tu?

Ig. Ego neſcio, quid vis tu?

The. Quis es?

Ig. Roga illum ſi vis?

Tor. Senior, eſt *Cauſidicus Anglus, ſenior mio excellentiſſimo, ſenior de titulo, ſenior.*

The. Numquid eſtis madidi?

Ig. Mad? teſtate vos, actio defamationis.

Thee.

The. Quid eſt quod blateras?

Ig. Blateras.

Tor. Tace quæſo.

The. *Anglum* ajunt hic laruis agitatum, ne ego hunc ipſum arbitror.

Tor. Senior filium audio *Antonium* cognatam meam *Roſabellam* in ædes tuas adduxiſſe hodie.

The. Nuſquam factum.

Roſ. Quam nunc me vellem mortuam.

Ig. Si facias concelamentum ego———

Tor. Clementer.

Ig. Clementer? quid mihi cum Clementinis?

Tor. Annon intus eſt tuus *Antonius* Senior?

The. Non eſt, *Londinum* verſus abijt is, ſed geminus hic *Antoninus* cum vxore venit *Catharina* hodiè. *Tor.* Subolet pro comitate tua liceat nobis illam ſpectare *Catharinam*.

Roſ. Occidi.

The. Illam ſpectare vos? lepidos homunciones.

Ig. Venire facias et ſequatur ſub ſuo periculo.

The. Num tu illos noſti *Catharina*?

Roſ. *who I? indeede ſir I know them not.*

Tor. *Por mi ſancti*——*queda* hæc eſt mea cognata *Roſabella.*

Ig. Bene dicite, hæc eſt mea Couert Baron, mea *Roſabella.*

The. Quæ hic fiunt præſtigiæ?

Roſ. *If I come not from London ſir, how ſhould*

I know them?

Tor. Anglice jam loquitur, intelligo aliquantulum, quippe qui Londini olim Mercator ſui, non tu mea cognata es *Roſabella?*

Roſ. Doe I looke like one of your kindred?

Ig. Nay, I can ſpeake Engliſh too, what mine owne country-woman, little pipſnie, my little piſpridge, thou knoweſt me I am ſure.

Theo. Sciam, quid hoc eſt *Antonine?*

Tor. Non tu jam noſti patruum tuum *Torcol?*

Roſ. The man in the Moone as well.

Ig. I will giue thee a good round ioyncture ifaith?

Roſ. I pray ſir be wiſe if you can.

Ig. wiſe? O me I am wiſe and fooliſh for thee deere Roſabella, pittie, ſome pittie it were to a luſting heart, be not ſo faire and cruell.

Theo. Antonine prodeas ut ſciam quid ſibi volunt iſti.

Ig. I ſee though I am blind, I freeze though burne in loue, I liue not but I die, I liue to loue, to loue to liue, and liue not but in loueing; nay I can ſpeake Songs, ſonets.

Ant. See, this is the poſſeſſed man you heard of.

Theo. Quiquid ſit non hoc de nihilo eſt.

Tor. Ita viuam vt is ſurripuit meam *Roſabellam* mihi.

Ant. O perjur'de.

Theo. Num quis hic dolus ſubeſſe poteſt?

Ig. Shine on me bright ſunne, the ſunne is no ſunne, thou art the ſunne, the moone, and the ſtarres.

ſtarres, and ſweeter farre then is a Ciuet Catt.

Theo. Seorſum quæſo tecum pauca colloquar.

Ig. Bound I am in Frank——pledge to thee, and yet am in free ſoccage. Yee goodly treſſed Nymphs, and ſimpering Syrens, ô purple and the white, yea roſes, lillies and double violets, ſpring of enameld flowers, and Diaperd Meades, greene ſhady groues, and chirping birds, the warbling ſtreames, and whiſtling winds, and dainty Roſabella—— Dixi. Ha ſweete Roſe, vt habeas corpus.

Ant. Hold off Coxcombe, or i'le ſet you farther.

Ig. Es tu ibi etiam, ſum appunctus pro te jam, hic me voluit geldare hodie:

Roſ. Quid de me fiet neſcio.

Ant. Si tantillum morantur Exorciſtæ, actum eſt de nobis.

Act.

Act IIII. Scæna X.

Theodorus. Antonius. Torcol. Ignoramus. Trico. Cupes. Cola. Polla. Roſabella.

Col. O Mi frater *Cupes* quam te hic cucullus condecet? ha, hæ.
Tri. Properate quæſo.
Col. Poſt exorciſmum cænabimus vna.
Tri. In malam crucem de cæna fabulamini? cum nobis tam propè imminet exitium.
Cup. Eamus.
Tri. Iam quid *Pyropus* agat ibo ſpectatum.
Tor. Vera hercle dico.
Theo. Quanquam vix credible eſt, hoc meum propendam tamen.
Pol. Accedite pii viri, hic ille miſer eſt.
Ig. Tunè ades iterum? profecto habebo te in coram nobis.
Pol. Boni fratres hic eſt ille dœmoniacus,
hic

hic alter illius ſocius.

Tor. Quid ſibi volunt iſti?

Ig. Torcol ſi eſt ſorciera ſuper faciem terræ hæc eſt ſorciera, ſum in quandario ſi manebo annon.

Tor. Mane.

The. Quid hoc? quid facturi fratres?

Col. Opus charitatis quod boni orarunt nos.

Cup. Hic eſt dæmoniacus caue tibi ab illo ſi ſapis.

The. Recedam, næ hoc ſuſpicabar antea.

Ant. *Loe you ſir, I told you ſo.*

The. Profectò hic me *Torcol* deluſerat penè.

Tor. Quæ hæc machina? quid vultis fratres.

Col. Tace tu.

Cup. Vel nos te——ſi turbas ſacrum.

Col. Tentemus primùm aqua benedictâ.

Ig. In nomine Diaboli cur iacis aquam in faciem toties.

Pol. Væ mihi in vocat Diabolum.

Cup. Hic eſt *Lydius lapis*, diabolus horret aquam bene dictam.

The. Porrò fratres quod veſtrum eſt facite, miris modis agitatur.

Col. Quamdiù tu vexatus?

Ig. Quid eſt id ad te, fui toto hoc die terribiliter moleſtatus.

Tde. Fatetur etiam.

Cup. Quâ formâ venit cum vexabat te?

Ig.

Ig. Nunc cum curuo collo vt hic eſt, nunc in forma *Dulman*, nunc vt ſorciera vt hæc, nunc in forma ſuis geldatoris vt hic, nunc in illa forma *Roſe*, *Roſa* multis modis.

Cup. Permulti ſunt video.

The. Miſerum hominem.

Col. Nunquam à te fugit?

Ig. Immo *Dulman* fugit ſemel hodie ſed eſt mecum iterum iam.

Ant. Keepe off t'is the very ſame I ſaw at London.

The. Apage ſis.

Cup. Numquis te affligit etiam?

Tor. Vos ſcilicet quid vultis? num nos ludos facitis? quid malum tam ſæpè inſpergis aquam mihi?

Col. Neque hic aquam *Cupes*, ita res eſt quærunt illam, caue tu.

Roſ. Alas, Alas for Gods ſake lets bee gone.

Pol. Vinces! veniant ad me ſi auſint iſti incubi, hic nec aquam benedictam patitur, ambo ſimiliter affecti?

Pol. Ex ipſo vultu videre eſt hunc eſſe arreptitium.

Roſ. I am afraid of them, good ſir let's be gone.

Theb. Piè facitis fratres, ſed obſecro obſcedite longius ab ædibus, libenter nolim neque Demoniacus noſtris eſſe tam peope, hic da quæſo aquam benedictam.

Anto. And me.

Roſ

Roſ. And me ſir I pray you.

Theo. Secidite ab illo.

Tor. Iamne abis *Roſabella*? redi queſo redi

Ig. Mea *Roſabella* retorna ad me, *Roſabella* non audis?

Tor. Roſabella?

Ig. Roſabella inquam.

The. Vt vociferant?

Cup. Sunt hi dæmones Incubi, caueant ſibi fæminæ.

Col. Quærant ſibi ſuccubos.

Theo. Abeamus———

Exit Theo. Ant. Roſ.

Igno. Roſabella I ſay, are you gone; now a pox goe with you.

Tor. Quæ vos intemperiæ tenent? Ite in malam rem.

Col. Comprehendite hunc Dæmoniacum, vincite eum.

Tor. Fugere hinc optimum eſt, ne malè habeant me, aliquid ſcio moliuntur mali———

Exit Tor.—

Cup. En fugit, ſequimini, ſequimini.

Col. Abijtne.

Ig. Ego abibo etiam, nam puto hi ſunt nebulones fratres.

Actus

Act IIII. Scæna XI.

Ignoramus. Cupes. Cola. Polla, &c.

Col. VOs qui cum palmis aſtatis, et herbis benedictis arctè illum ad cathedram alligate.

Ig. Quid me attachiatis, cum funis et chordis.

Cup. Tace.

Ig. O *Dulman*, *Dulman* dixiſti quod pugnares tanquam diabolus pro me, vbi es nunc *Dulman*?

Col. Exorcizo te *Dulman*, fuge maledicte *Dulman* fuge.

Ig. Fugit ſemel hodie ſed ſi nunc venit *Dulman*——

Col. Inuocat *Dulman*, certe *Dulman* nomen eſt.

Ig. Cum peſte vobis nomen eſt *Ignoramus*.

Cup. Diſcede *Ignoramus*.

Ign. Deſcede vos nebulones vt eſtis cum veſtra Riota et Routa.

Col. Duplex Dæmon Riota et Routa.

Cup. Prodi nequiſſime ſpiritus *Ignoramus*, conjuro te *Ignoramus* juſticiæ declinator, ſeductor hominum, ſator diſcordiæ, diſſipator pacis, exorciſo te, quod eſt nomen magiſtri tui?

Ign. Ego ſum magiſter.

Col. Eſt ipſe Beelzebub, fuge magiſter, conjuro te quam cito vis abire:

Ign. Tam cito quàm poſſum ex veſtris nebulonis digitis.

Cup. Conjuro te qua propter hoc tibi accidit?

Ign. Propter *Roſabellam*, ob eam ita torqueor.

Cup. Abſcede *Roſabella* abſcede.

Ign. Diabole, abſceſſit.

Cup. Conjuro vnquam ne dediſti illi animam ante hac?

Ign. Quid id ad vos? Imo dedi animam corpus et bona illi.

Pol. O ſceleratum.

Ig. Et preter junčturam ſi maritaſſet me habuiſſet Francum Bancum.

Col. Profuge ſis Francum Bancum, ſepara Francum Bancum.

Ign. Imo jam non habet, ne timete, ſed ſi amaſſet me habuiſſet multa bona priuilegia, Infangthef, outfangthef, tac, toc Tol et Tem.

Col. Quam multi ſunt, exite omnes *Ninanteſ, nonanteſſ. Tac, Toc, Tol, et Tem.* Exorſizo omnes vos malignos ſpiritus, ſiue ſitis in pileola diurno, aut nocturno, in duplicilingua, aut

ſublin-

ſublingua, in barba, vel in capite.

Ig. O aſini putatis quod Diabolus tenet in capite? tenet in froccis et ſoccis, et caluis coronis veſtris fratres Diaboli.

Pol. Inuocat fratres ſuos diabolos.

Col. Tace, eradicemini, ſiue ſitis in Diploide manicata vel tunica, ſiue manicis vel in Capſulis vel in Calamo, vel in cera aut ſigillo vel in cornugraphia.

Ign. Erat in *cornu* hodie.

Cup. Conjuro te peſſime Dæmon exi è *cornu*.

Ig. Peſtilentia de vobis et omnibus cornubus, Niſi de cornu quod coruuat ad prandium.

Col. Explantemini, ſiue ſitis in ſingraphis membranis, chartis ſcriptis, vel non ſcriptis, verbis cum ſenſu, vel ſine ſenſu.

Ig. Vel in *Grayfryers, Black-Fryers, vel in Crochedfryers.*

Col. Exorciſo vos fugite peſſimi dæmones *Grayfryers, Blackfryers, Crotchedfryers,* fugite, ſiue ſitis in braccis oblongis vel rotundis, vel in inteſtinis majoribus vel minoribus, vel in Cerotheca.

Pol. Ibi eſt video.

Ig. Ibi eſt in te video, niſi facio te tenere manum ſurſum; O fellones quis habet manum in pocketto ibi? Eſtis Backbarend et handabend?

Cup. Fugite Backarend et Handabend.

Ig. Si fugiunt eſt directè felonia.

Cup. Siue eſtis in loculis, aut in Crumena, vel in auro, vel in argento, ſiue bene parto, ſiue male parto.

Ign. Illud eſt Dæmonium quod deſideratis ſcio robbatores vt eſtis.

Col. Adjuro vos nequiſſimi ſpiritus, ſi eſtis in fæmoribus, ſiue fæmora, exite ſimul ab omnibus membris hujus creaturæ.

Ig. Hoc eſt bene ſi vult ire ſic.

Col. Et in Pollicem ſiniſtri pedis veniatis.

Pol. Ibi eſt video contundam ne aſcendat.

Ig. O ô meo cornos, ô *Pythoniſſa* quid vis? vnum magnum cape de magno Diabolo capiat vos omnes magnos et paruos.

Cup. Iam ſæuit frater da ſalem exorciſatum, ignem benedictam, exorcizo te, profumigo te,

Ign. Ignis ardeat vos, ſi dagarias capio rumpam caluas coronas veſtras.

Col. Conjuro te prodi dagarias.

Ign. Vtinam poſſit ſe defendendo.

Col. Tentemus ſi ſit obediens. Repete nunc quod dico tibi in aurem. *Buz, buz, buz.*

Cup. Adjuro te reſponde quod quæro, *mum, mum, mum.*

Ign. Nihil intelligo.

Cup. *Mum, mum.*

Ign. Quid mummatis et moppatis ita vt Simij?

Col. *Mum, mum,* non jam ſentis abiſſe dæmones?

Ign. Sentio ad minimum tres adeſſe hic.

Pol.

Pol. Tres adhuc?

Ign. Imo tres; puto hodiè indiabolatus in bono ſerio, ſi ſum, tu es ſorciera quæ feciſti primum, et vos eſtis ejus condiaboli, qui abettatis illam.

Col. Frater vt video opus adhuc operâ, ad fratres deferatur ſi placet ad monaſterium.

Cup. Fiat, Aliqui veſtrum eum intrò, huc auferte.

Ign. In nomine Diaboli quo portatis me? *Fowle porridge-bellied fryers*, harr ol, harrol le ſcay, le grand cuſtomier de Normandy harroul, *the Diuell take you all.*

Col. Quam primum hunc noſtris tradidero, mox ad te rediero, cæna parata ſit interea vide—— *Exit.*

Cup. Fiet.

Pol. Ha, hæ lepidos ludos frater.

Cup. Ha, hæ ſoror nunc eamus ad ænopolium, hoc meum eſt monaſterium.

Pol. Ob hoc factum mi frater *Cupes*, Mecaſtor quo vis ibimus.

Cup. Scis me te amare mea *Polla*? quæſo amemus in vicem, ſcis vti argentum tibi dedi, quod ſi manſueta eris dabo, et dabo, nihil deerit tibi.

Pol. Amabo te dehinc. Eamus quo vis igitur.

IIII

Act V. Scæna XII.

Antonius. Trico. Pyropus. Lictores.

Ant. O *Trico Ignoramum* iſthinc ſpectaui modo abreptum in cœnobium. Sed quid tu triſtis es?

Tri. Alia jam tempeſtas ingruit Here.

An. Me miſerum quid eſt?

Tri. Pyropum adire judicem vidi modo, canes aſſignauit illi is venaticos.

Ant. Quos venaticos?

Tri. Lictores te qui venantur vt capiant, et in carcerem ducant, patri jam demum palam fient omnia.

Ant. Comminiſcamur aliquid mi *Trico*.

Pyr. Vos apud vos eſte nunc, nam illos qui mea habent ornamenta video, de hero, non vſque quaque liquet adeo verum ſeruum illum mihi prehendi volo.

Tri. Perij quid me vultis?

Pyr. In carcerem eas vel mea mihi reſtituas ornamenta, jam raptus es.

Tri

Tri. Eccum ipſum herum ab ipſo poſcito, ſeruus ego ſum.

Ant. Quid agam? diſſimulandum eſt.

Pyr. Vin' mea mihi reddi vel hunc in carcerem trahi?

Ant. Let him goe whether he will for me, what haue I to doe with him? ſhame you not to ſpeake with ſo little reſpect to a gentleman, and a ſtranger?

Tri. Here jam mitte *Anglicum* quæſo, et ſua illi reddas ornamenta.

Ant. who are you? I know you not, (ſimulabo quaſi te neſciam)

Tri. Iam ſimulabis quaſi me neſcias?

Ant. Et tace et ſimula.

Tr. Tace et ſimula: cum id quod vis nactus es nunc me neſcire poſtulas.

Pyr. Non tu illum noſti?

Ant. I know him not I (ſine vt te neſciam.)

Tri. Triconem neſcis tu? neſcis *Triconem* here?

Ant. what Tricke? what Trico?

Tri. Vtinam nunquam fuiſſem *Trico*, vin' me illi hinc abripiant?

Ant. what haue I to doe with you? (ſimula inquam et tace.)

Tri. Non auditis vt me tacere et ſimulare iubeat?

Ant. What a lying knaue is this? doe I ſo?

Pyr. Si illum iam hinc rapio haud inclementer ago.

Ant. What is it to me, what you doe with him.

Tri. Domini ſic ſeruos tractant, cum eorum operâ nactiquod cupiunt, illos perdunt poſtea: ſiccine ingratus here? ſiccine autem annulos dari adulterinos homini probo et ſincero *ſanè?*

Pyr. Iam *ſanè* iterum, at non ſanabis me cum tuo *ſanè*, alius nunc fio.

Ant. well I will goe about my buſineſſe, fare you well, dolet me hunc deſerere verum quid facerem. *Exit.*

Tri. Abijt ille improbus? ſed frater ea quæ mihi dediſti ornamenta ſalua hic habeo omnia in illis ædibus, ea iam ſi placet ipſe reddam tibi, reliqua meus vti vides geſtat herus.

Pyr. Abeant cum illo aliqui —— *Exeunt.* Interim vos hîc aperiar. Quota pars hominum ita ſunt vt præ ſe vultum ferant? Plerique vt annulus ille aurum ſpecie ſimulant at ſubæratum cum probis tinniunt.

Tri. En tibi: Ego quod me attinet ſum probus *ſanè.*

Pyr. Imo *ſanè* liber eſto igitur. Sed num is qui nævum iam habet, tuus idem qui mane, herus eſt?

Tri. Annon cenſes?

Pyr. Cenſeo equidem, in eum ſi rurſum accidam, certum eſt in carcerem compingam atqui eccum ipſe redit oportunè.

Ant. Triconem reliquiſſe ſic profectò pœnitet.

Pyr.

Pyr. Circumagite eum.

Ant. *What meanes this?*

Pyr. *Anglicè* loqui non valebit amplius,iam quo dignus es hinc abieris.

Ant. Trico *I pray thee worke ſome tricke now,that I goe not to priſon.*

Tri. Herclè non intelligo.

Ant. Aliquid contechnare ne in carcerem abripiar,*Trico.*

Tri. Iam ne ipſe *Trico* ſum? tu me non noſti modo,neque nunc ego te.

Ant. Fabrica quæſo aliquid.

Pyr. Æquum eſt hunc abducier.

Tri. Quo luber, ego hunc non noui (ſimulabo quaſi te neſciam).

Ant. Num tu me iam neſcis *Trico*?

Tri. Tace et ſimula.

Ant. Agnoſce me tandem *Trico.*

Tri. Simula inquam et tace.

Ant. Heus tu,hic me nouit ſatis, meus eſt.

Tri. Non egò, non noui eum ego(ſine vt te neſciam).

Pyr. Iam aliam linguam loquitur, eamus.

Ant. *Trico* vin'me rapiant hinc?

Tri. Quo placet. Ah cum ingratum,omnia dixeris ego abeo nunc *Exit.*

Pyr. Age, ambula,in ius abripite.

Ant. *If I goe to priſon ti's my utter vndoing.*

Pyr. *Anglicè* iterum?

Ant. *I'le rather die, away knaues, villaines, or I'le kill you all.*

Pyr. Oime. Quò malum fugitis? Heus redite vos, ô me miſerum. *Exeunt.*

Ant. Aufugite tamen, ſed quid nunc agam? veritas filia temporis proferet hæc in lucem, tandem reſciſcet pater, quem me tot malis pudet deluſiſſe dolis, atqui amoris cauſa multos multa feciſſe ſcio. Sed quid tum reſcierit pater? obiurgabit, increpabit, ſeuerè accipiet primulum, verum ira paterna non poteſt durare diu. At quicquid futurum eſt *Roſabella* nunc mea eſt, mea erit, illâ ſaluâ, ſalua mihi omnia. Ibo nunc ad amicum meum quicum conſilium capiam.

Finis Actus Quarti.

Actus Quintus. Scæna I.

Dorothea. Vince. Nell. Richardus.

Dor. SAlue patria, natalis vrbs *Burdugala* ſal veto.
Nunc *Dorothea* demum annos poſt *Londini* exactos quindecem
Theodorum virum, *Antoniumque* filium coram licebit viſere.
Hos poſtquam bello fuiſſe captos inaudiueram.
Nullum, exinde mihi lætum affulcit tempus cæterum hæc dies
Vna omnes mihi eximet ægritudines: At me moror nimis
Quadriga enim ad portum mittenda eſt mihi. Nurum huc

Quæ

Quæ ad'vehat *Catherinam*; cum ea *Antoninus* manet etiam

In diuerſorio, portui propinquo. Namque è mari laſſa eſt

Adeo vt vix aut ne vix poſſit ire pedibus. Iam illos accerſi fecero huc.

Vin. *Good Madame ſpeake our Language, here's* Nell *&* I, *and a great many more vnderſtand not a word what you ſay: what ſhall we doe in this Country.*

Dor. *why* Vince, *vnderſtand you nothing yet?*

Vin. *Scarce a word, yet I was in* France *once before.*

Dor. *Nor you neither* Nell.

Nel. *No truly, I would I were at home at* London. *They ſpeake finely forſooth here.*

Dor. *Yes, you vnderſtand a few words, I taught you ſomething, what is* caput.

Nel. *A head forſooth.*

Dor. *well ſayd* Nell, *what is* manus.

Nel. *A hand forſooth.*

Dor. *what is* brachium Nell? Nell *ſay.*

Vin. Nell *ti's a horſe toole.*

Nel. *what is it?*

Vin. *A horſe toole ſay.*

Nel. *Shall I forſooth.*

Dor. *Say then what is* brachium?

Nel. *A horſe toole forſooth.*

Dor. *Fie on thee,*

Vin. *Ha, he.*

Nel. *I, indeed forſooth* Vince *told me ſo.*

Dor. Vince *is an vnhappy boy, well yee ſhall both learne.*

Vin. *I, but it will be ſuch a while firſt.*

Dor. *why boy?*

Vin. *They ſay that women teach this Language beſt, and it will be this ſixe yeares firſt, ere I ſhall get me a Miſtreſſe.*

Dor. *I will be thy Miſtreſſe myſelfe.*

Vin. *I but old women neuer pronounce well: but I pray you Madame let mee alone with my Mothers tongue. I loue my naturall ſpeech, I am a Gentleman.*

Dor. *This is a fine tongue for a Gentleman.*

Vin. I *know a tongue worth two of it.*

Dor. *what's that.*

Vin. *Marry a Neates tongue with Veniſon ſauce.*

Dor. *Thou art a very wagge*——

well il'e goe find out thy Maiſter Theodorus *houſe, they ſay it is neere the Pallace, & that is heere. Il'e knocke and ſee, tick, tocke.* Num hæ *Theodori* ædes.

Rich. Imo ſunt.

Dor. Intuſne.

Rich. Maxime quid vis.

Dor. Eam cupio alloqui.

Rich. Introeas ſi placet.

Dor. *Little ones.*

Nel. *Forſooth.*

Dor.

Dor. *This is your Maiſter* Theodorus *houſe, come with me.*

Nel. *I forſooth.*

Act V. Scæna II.

Vince. Nell manent.

Vin. STay Nell *ſtay.*

Nel. I *cannot, ô Lord you are ſuch another.*

Vin. *O Lord you are ſuch another trull*, I *thinke.*

Nel. I *tell you* I *muſt waite of my Lady.*

Vin. I *tell you, you muſt waite of me.*

Nel. I *will ſir.*

Vin. *How now maid, where is your courſie, downe——downe——downe——deſcend——lower yet——lower yet——ſweepe mee the ground with your breech and ſwimme away.*

Nel. *Now il'e goe.*

Vin. Nell, Nell, *didſt thou euer ſee the man in the Moone?*

Nel. *No faith, pri'thee let me ſee it.*

Vin. *Looke heere.*

Nel. *Beſhrew your heart bloud, you had almoſt made me bite my tongue in two.*

Vin. *What ſkil't for eares and tongues in this Country we are both deafe and dumbe here.*

Nel. *It's a ſtrange Country all the litle barnes can ſpeake french here, and yet we cannot.*

Vin. *So doe the pigs too.*

Nel. *What?*

Vin. *Ouy, Ouy, Ouy.*

Nel. *Here's one thing I ſhall neuer endure.*

Vin. *What I pri'thee.*

Nel. *They ſay we maides muſt drinke nothing but water.*

Vin. *That's true, but 'tis no matter, youle make water though you drinke nothing but wine.*

Nel. *Fie* Vince *how you talke.*

Vin. *As though you doe not? what a ſimpring is there?*

Nel. Vince, Vince, *they weare fine cloathes here.*

Vin. *I but terrible foule ſhirts, but* Nell *you muſt be very bold.*

Nel. *Why are their women ſo?*

Vin. *Yes all with their blind byards.*

Nel. *You are alwaies flouting.*

Vin. *You muſt learne to mocke too, frumpe your owne* Father *here on occaſion.*

Nel. *I haue a prittie wit for a frumpe, though I ſay it. But good* Vince *if you loue me take heed of one thing.*

Vin.

Vin. *What'sthat?*

Nel. *Of eating grapes for feare you take a ſurfet.*

Vin. *I loue them not quoth the Fox, I would I could come by them.*

Nel. *Faith you'l bee ſicke then.*

Vin. *I ſicke, what harte of oake, body of braſſe, I am not ſuch a puler as Miſtris Catherine to bee ſea ſicke, and haue a Coache ſent for me; wel fare old bellmettall.*

Nel. *Liſt, I thinke I am called, nay fie maiſter* Vince *you ſpoyle my Ruffe: faith ile' giue you no more ſweete meates when I goe to the Cloſſet.*

Vin. *Peace* Nell *il'e carrie you in by the arme after the French faſhion. O my mad Dammoſell.*

Nel. *O my Mounſieur.*

Vin. *Goe, yonder comes a mad-man.*

Exeunt.

Act.

Act V. Scæna. III.

Ignoramus. Pecus. Dulman.

Igno. DIabolus volet viam cum omnibus his frateribus et fraterculis etiam, ſi haberem focum, puto focarem hoc monaſterium in mente quã nunc ſum, ſed eſt felonia, puto non focarem, At ite mecum vos magni nebulones, ab hoc monaſterio ad *weſtmoneſterium* ſi audetis pro ambis auribis, ſi capio vos ibi.

Dul. Quid iam num eſt in vno fumo adhuc? Magiſter ego deliberaui *Pecus*, vide.

Pec. Spero trounſabis *Torcol* pro hoc.

Ig. Trounſabis? ego fui trounſatus hodie, vt puto nunquã homo fuit in mundo trounſatus. Ex hoc ſolo nunquam indurabo faciem fratris neque clerici dum viuo.

Dul. Vbi erant dagariæ tum ſe defendendo?

Ign. Dagarias meas ceperunt et aſpoꝛtarunt contra pacem regis coꝛonam et dignitatem eius, reliquerunt tres ſcaberdas et ſpoliarunt meam ruffam, obligationem hic.

Dul.

Dul. Profectò eſt cancellata.

Ig. Volebant etiam facere me mille res, voluit vnus me plorare, et in deſpectu mei naſi faciebat me plorare, et alias nummabat neſcio quid, et ego repetabam nummas neſcio quid, et quicquid dicebam erat Diabolus cum illis.

Dul. Quomodo dicis per illud nunc, in bona veritate hic erat terribiliſſimus dies.

Ig. Dies feſtum omnium ſanctorum præterijt, puto hodie eſſe feſtum omnium Diabolorum.

Dul. Tu conuenies cum illis vno die.

Ig. Habebo illos in præmunire.

Dul. Fac, et mendica hanc Friariam a Rege.

Ig. Niſi quidam *Angli* inter quos feci aggreamentū veniſſent in monaſterium huc per caſum qui me nouerint vniuerſi et certificabant quod non eram indiabolatus per meam ſidem puto murderaſſent me.

Dul. Quomodo dicis per illud nunc?

Ig. Ita ſuper eorum verba ſinebant me ire ad largum meum.

Pec. Hic eſt caſus meus hæc eſt villa villaniſſima.

Ig. *Burdeaux*, *Burdeaux* in diaboli nomine, ego abibo cras, et ſi gigno *Burdeaux* ſemel ſuper dorſum meum, ſi iterum returno ad *Burdeaux* dabo illis veniam geldare me. Ibo nunc ad *Torcol* nebulonem, et niſi ille mihi det coronas meas et bonam ſatisfactionem capiā illum in manum alio modo.

Pec. Habes illum ſuper clunem nunc pro falſo impriſonomento.

I.g Eamus tres ſortes *nous ſomes trois.*

Dul. Ne time Magiſter ibimus cum vnâ vindicta, eamus nam video vnum.

Act V. Scæna IIII.

Trico. Theodorus. Dorothea.

Tri. ANtonium modo conueni herum meum qui mulſa loquens ita me demulcit dictis nc poſſum non ignoſcere at quid video? herum *Theodorum* amplexantem fœminam, Ha, he etiam ſenex amat? hercle gaudeo.

Theo. Vix tandem oſculando, amplexandoque panſam dare queo tantisſum in gaudijs.

Dor. Non minor voluptas mihi eſt quam tibi.

Tri. Mi *Theodore* mi ammula. Háhe.

Theo. Tuo ex aduentu videor *Dorothea* reminiſcere.

Tri. Dorothea? tuo aduentu perij.

Dor.

Dor. Quo magis gaudeas, eſſedum quæſo ad portum mittas noſtram huc quod advehat *Catherinam* quicum vnus eſt *Antoninus*.

Theo. Modo in vrbem exijt *Antoninus* ſed iam nunc intus *Catherina* eſt.

Dor. Cum illos iam reliqui apud portum, poſtilla ad te nunc venio primulum.

Tri. Abi *Trico* ſuſpende te.

Theo. Huc euocauero illam vti videas.

Dor. Fieri non poteſt.

Tri. Malum quid non illa ceruices fregit antea in itinere.

Dor. Ne viuam niſi è mari ægrè eſt adeo, vt vix pedem moueat.

The. Hola Iubete huc ad me accedat *Catherina*.

Tri. Bene te intricaſti; tu es ille vafer et verſutus, *Trico*, nunc quid agis? quid ſi hæc nihil eſt ſi illuc tantundem, nulla ſpes eſt prorſus.

Theo. Hola, *Catherina* huc ad me.

Tri. Hej mihj ſed quod futurum eſt, *Trico* futurum eſt?

Theo. Huc ad me *Trico* etiam, ſi ſit intus.

Tri. *Trico* etiam? at *Trico* non eſt intus hic me abſcondam prope.

Act

Act V. Scæna V.

Roſebella. Theodorus. Dorothea.

Roſ. VV*Hat's your pleaſure Sir.*
Theo. *Dorothea, eccam Catherinam* tibi.
Dor. Vbinam *Catharina* ?
Theo. Illam aſtare vides, et tamen rogitas.
Dor. Falleris, hæc *Catharina* non eſt.
Roſ. Væ miſeræ mihi quo me vertam.
Theo. Quo te auertiſti ? quid nunc ais ?
Roſ. Are not you my Mother in Law.
Dor. Good Lord, who are you trowe.
Theo. Specta bene obſecro.
Dor. Quid vis ſpectem mi ? vix hanc ego nec noui nec vidi vſpiam.
Roſ. O ſi nunc eſſem mortua, mori fælicis eſt antequam mortem inuocet.
Dor. Mihi crede *Catharina* non eſt.
Theo. Quænam igitur es tu ? quid non loqueris.
Roſ. If ſhe will not be my Mother in Law, a ſeſe ſit, I cannot helpe it.
Dor

Dor. Thou art a good one I warrant thee.

Theo. Quænam es? jam enim ſpecimen ſpecimen ſpecitur, quid non reſpondes mihi.

Roſ. Good ſir, I know not what to anſwer.

Theo. Etiam taces? Num dignus videor quem ſi ludos facias impudens, præſtibulum?

Roſa. what ſoeuer I am ſir, I am not diſhoneſt, the reſpect I beare vnto you makes me forbeare to anſwer theſe falſe and foule tearmes.

Dor. I pray you doe not diſſemble, then I will ſpeake for thee.

Theo. Measne ædes? ego feruere flagitijs meque implexj adeo infamiæ et dedecoris patiar? Nunquam inultum feres.

Roſ. Ahime *I was borne in an vnfortunate houre.*

Dor. Confeſſe then, I pri'thee doe.

Theo. Cum nullus ſubeſt color ad lachrymas recurrit, at te ſictæ non juuabunt lachrymæ. Quid non diſtringo et expio hoc ſcelus? Non vis fateri? non vis faterj quæ ſis impudica?

Roſ. Da veniam quæſo et fetebor omnia infælix ego ſum *Roſabella*, at pudica tamen.

Theo. O jam noſtras es, jam vera redit facies.

Dor. Quis te huc adduxit? age vera loquitur.

Roſ. Antonius.

Dor. Illum eſſe doleo iſtiuſmodi.

Theo. Hoc illud eſt: a naui redit ac *Antonium* ſimulauit ſeſe, malæque appinxit næuum nonne?

Roſ.

Roſ. ſcilicet.

Theo. O tempora? foris filij cum ſecure irrideant patres, verum tu illum in fraudem pellexiſti pellex.

Roſ. Pellex ego non ſum, ignoſce quæſo vxor ſim *Antonij*.

Theo. Tu vxor, vxor tu? caue dixeris illicebra ne ego linguam, ne ego illam præcidam tibi.

Roſ. Quod factum eſt infectum fierj nequit, quæſo pro comitate, itaque obteſtor et prudentia tuâ feras, non culpes quod mutarj non poteſt.

Theo. At mutabo tamen vel inuitis fatis, connubbij et vitæ ſimul tuæ diuortium fecero.

Roſ. Bona mors eſt quæ extinguit vitæ mala.

Theo. *Dorothea* filium nos pæne perdidimus *Antonium*.

Dor. Nullum in hac vita ſincerum eſt gaudium.

Theo. Non cenſes exemplum in eam edi oportere?

Dor. Cenſeo ſed clementer.

Theo. Clementer? vt poſt quæ nobis corrumpit filium cuj ditem vxorem ego et nobilem dare jam decreueram.

Dor. Cuiuis dolorj remedium eſt patientia.

Theo. Ignoſcas mea mihi *Dorathea* ſi minine te nunc quo decet obſequio perſequar, animus enim mihi valde perturbatus eſt, feſſum te de

itinere

itinere eſſe ſcio, introeas itaque et te recrea paululum *Bannacar* etiam *Maurum* huc ad me meis euocato verbis.

Dor. Faciam vt vis, ſed tu ne ſæui minis

Exit.

Theo. O me miſerum: nimirum die hoc vno, plus vixi quam viuendum fuit, ſed cauſam hanc doloris eximam ipſe mihi die hoc vno non viuet illa amplius.

Roſ. Quid meditatur ſcio ſed me lubens paro.

Act V. Scæna VI.

Trico. Bannacar. Theodorus. Roſabella.

Tri. PRodi *Trico* è latebris quaſi vmbra ex Orci faucibus, et ſpecta quid rerum in terris hic *Theodorus* agat.

Ban. Ecquid me vis here?

Theo. Quem potius mi *Bannacar*? quippe te noui fidelem ſeruum mihi.

Ban. Itidem te ſenſi benignum herum mihi.

Theo.

Theo. Et ſi ſenſiſti meam benignitatem ante hac ſenſies nunc magis magiſque *Bannatar*, ſi id quod rogo haud auerſere mihi.

Ban. Nil, iube me interfici haud ſubterfugiam here.

Theo. Te interfici: ne dij ſinunt, rerum alium te mihi velim interficere.——

Tri. Certe me.——

Theo. En tibi, quæ meas inceſtauit ædes, magnum flagitium fecit, quod tolli non poteſt niſi illa tollitur ſimul, tua itaque manu tincta colore noctis, nocte facinus hoc tolle, et mori decet.

Tri. Volabo, et hæc renunciam ad *Antonium* quo illam, ac me ſi poſſet ſeruet miſeros.

——*Exit.*

Theo. Quid te *Bannacar* retrahis? quid non reſpondes mihi.

Ban. Quemquamne vt interimam ego—— Chriſtianus tuo factus beneficio, aliter hic didici here, quamobrem ab inceptis deſiſtas (quæſo) conſilio melius vincas, quam iracundia.

The. Quid paues rem ſaluam ipſe præſtabo tibi, age ergo mi *Bannacar* quo letho cenſes potiſſimum? quid ſi in mare præcipitem des? vel alicubi includas vbi pereat fame.

Roſ. At ſi neceſſe mori, quæſo ſinito mori ſemel nam qui lenta perit morte, moritur ſæpius

Theo. Qua morte pereas nihili pendo, dum pereas modo.

Roſ. En inſons aſto victima lubens permo-

H riar,

riar, nam ſine *Antonio* non eſt quod velim viuere, quum tantus me inuadat do'or, ne me vitalem futuram ſpero diu.

Theo. Fruſtra es ſi ſperas, quid non exequeris imperium meum *Bannacar*.

Roſ. Age *Bannacar* noui te ſatis ego *Feſſe*, tu olim eras ſeruus patris mei qui te liberum fecit moriens, age *Bannacar* ergo, clementer me occidito.

Ban. Hei mihi *Roſabella* hæc eſt.

Roſ. Ipſa ſum vt vides miſera *Roſabella*.

Ban. Filia hæc eſt *Alfonſi* heri mei olim optimi cui *Feſſe* dum vixit ſeruitutem ſeruij. Ne facias hoc here quæſo quod inceptas facinus.

Theo. Num ex compoſito ſcelus agis? vel tu illam vel ego te. ———

Ban. Me ſi placet iugla, non illam ego. Illamne ego quæ hera olim mea tam mitis indolis? illamne ego cuius me fecit liberum benignus pater.

Theo. Quid narras fabulas, vin' ergo ipſe ad mortem rapiam hanc? Ne me ſpecta, faciendum enim eſt.

Roſ. Non opus eſt ita iam enim nimio dolore cor meum findi ſentio, vale *Antoni*, æternum vale *Antoni*.

Theo. At non ſic iuuabit ſimulare tamen.

Ban. Oime mortua eſt.

Theo. Fingit ſcelus fingit, et tu fingis, at ego perſonam vt deponat faciam.

Act V. Scæna VII.

Antonius. Theodorus. Bannacar. Roſabella.

Ant. OCcidi, ſero nimis veni iam inte-rempta eſt, iam iacet mortua, ô meam nunc tibi vt poſſim impertire animam-ô te, ô me infælicem cuius tu hac cauſa ſuſtinu-iſti inſons, quid non in me iſthoc potius expe-tit? nihil tu commerita nihil poteras. Quid-nam vult illa ſibi? abiſtin' ergo mea vita? abiſtin'? at te ſequar ego.

Theo. Ne malè eum metuo, quid facturus fili?

Ant. Filiuſne ego, aut tu pater qui tam in-fandum facinus patraſti hoc? at quem non ſi-niſti viuere non prohibebis mori.

Theo. Satin' ſanus?

Ant. Sanus? ſanus non ſum, nec ſanus eſſe cu-pio. Nam qui poſſum, quem tu inſanum inſa-nia redidiſti tua.

Theo. Certe tu inſanus es.

Ant. Sum hercle, nam inſanus eſſem niſi iam inſanirem, Non vis autem vt inſaniam, non vt nunc, vt inſaniam? *Roſabella*, ſalus mea perijt quæ omnes dum vixit anteit fœminas. Certe auertiſti oculos cum feciſti hoc, nam ſi illius ſpe-

ctaſſes pulchritudinem, et ſuauem innocentiam nunquam feciſſes ſcio. Quin vnum hoc oro poſtremum pater vt quos noluiſti viuos frui inuicem ſaltem: ſinas vna ſepeliri mortuos.

Theo. Priuſquam moriare fili, diſcas quid ſit viuere.

Ant. Qui poſſum cum tu vitam eripuiſti mihi.

Theo Accede huc quæſo.

Ant. Ne me appropinques, ne iuuenilis id faciat quod fecit ſenilis furor.

Theo. Quid conare num certum eſt mori tibi.

Ant. Tam certo quam hæc mortua eſt.

Theo. Viue modo, quid vis concedam tibi?

Ant. Iam concedes, cum mihi nil concedi poteſt.

Theo. Certe nos eam non attigimus tentemus illi reuocare animam.

Ant. Animam nunc reuocare? Num tu inſanus? redire non poteſt illa, igitur ad te venio *Roſabella*, venio.

Theo. O fili mi parce modo tibi, reſpice canos hos capillos, vel me interfice prius, mea iam ætas exacta eſt, tu in ætatis flore.

Roſ. Vbi ſum?

Theo. Audi, audi, reuiuiſcit gaudeo.

Roſ. Vbi es *Antoni, Antoni.*

Ant. O mea vita num reſpiras? ſeruaſti vitam meam.

Theo. Cenſen' voluiſſe me illam (fili) interemere.

Roſ.

Roſ. Funeſtum ego ſomniaui ſomnium: putabam me eſſe mortuam,erat enim qui me volebat interficere.

Ant. Ne time.

Theo. Ne time, non fiet.

Ant. O me beatum nunc, nam quod tu viuis iám nunc neſcio viuere.

Theo. Ne vivam redijſſe gaudeo.

Roſ. Viuo opinor ſed tuo beneficio.

Ant. Nunc obteſtor,ne Pater promitte quod fata volunt hanc tua voluntate mihi vxorē fore.

Theo. Quietus ſi modo,forſan tua erit.

Ant. Forſan pater, aliter non poteſt fieri.

Theo. Filij furor vicit furorem Patris,violenter ambo iracundi ſumus.Ne ille meus mihi natus eſt,verum dic fili quid dotis cum illa datur.

Ant. Ampla ſcilicet nobilitas et illa forma.

Theo. At fili nobilitate et forma in foro nihil emitur. Equidem formoſam video ſatis, ſed qui ſcis eſſe nobilem? peregrina videtur certe ignota mihi.

Ant. Vel me tacente mores loquntur ſatis, ſed hoc tibi melius narrabit ipſa,eam ſi permittas,loqui.

Theo. Nihil auſim contradicere,narra tu ſed ficte nihil.

Roſ. Niſi vera loquar,arguat me *Bannacar*, qui olim patris erat ſeruus mei.

Theo. Num tu patris illius ſeruus? dixti opinorantea.

Ban. Admodum *Feſſa* antequam ad te ac-

ceſſi huc; nam patre eius mortuo in *Portugalliam* poſtea profectus ſum, quo aliquam mihi conditionem quærerem, quam non reperiens, in *Galliam* veni errans, tandem huc *Burdigalam* famulum vbi feciſti tibi me, et Christianum ſimul.

Theo. Bene age iam et ſi quid illa falſi dixerit tu redargue.

Roſ. Pater mihi dux belli erat, *Alphonſus Portugallus* nobilis.

Theo. *Bannacar.*

Ban. Ita eſt.

Roſ. Ex *Portugallia Feſſam* ſe militatum contulit, qui illic moriens mandauit me fratris *Rodrigo Torcol* fidei. Aderat enim ille tum forte *Feſſæ* mercaturam faciens, mecum inde in *Portugalliam* rediens, vi venti in has actus oras naufragium faciens hic habitauit poſtea.

Theo. Num vera hæc omnia *Bannacar*?

Ban. Vera opinor quantum nouit illa.

Theo. An quid tu noſti quod non nouit illa?

Ban. Credo equidem, atque ſi vacat, rem ipſam putabo commode.

Theo. Age vacat.

Ban. Non erat illa igitur vera *Alphonſi* filia?

Roſ. Modo dixti *Bannacar*, iam nec recte ais.

Ant. Mentiris etiam tenebrio?

Theo. Tace fili paululum.

Ban. Vera dico et dicam ſi vultis amplius.

Theo. Perge.

Ban. Prius *Alphonſi* ſeruus quam eram ego

Por

Portugallo ſeruiebam cuidam mercatori qui tum agebat in noſtra *Mauritania*, nomen ei *Vrtado*, nauigauit is inde *Londinum* mercaturæ cauſa, quicum et ego vna, ſed cum merces illinc venirent male, *Anglos* quos potuit infantes clā ſurripuit eos vt rediens in *Mauritaniam* venderet, vt nauis igitur noſtra in ſtatione ad *Thameſin* prope *Detfordiam*, forte illius nutrix vlnis geſtans eam venit per ripam ambulans, Caſu tum etiam *Vrtado* in ſcapha aderat ibi, nutricem is itaque quod potuit *Anglicè* compellauit blande atque ex vno in alium ſermonem vt inciderunt, leuis illa, et inepta nutrix nauem neſcio quid cupit animi cauſa viſere, inuitauit is libens atque adeo ad nauem vectam in *Mauritaniam* cum alijs transfert, ac magna pecunia diſtrahit, hanc autem *Feſſæ* meque etiam tum vna *Alphonſo* quem dixi vendit, qui quod careret liberis illam non niſi quadrimulam pro filia ſibi adoptauit ſua, mihi vero iam ſeruo eius ne cuiquam vulgarem hoc grauiter interdixit, celaui igitur, neque illam poſt mortem *Alphonſi* heri niſi iam primum video.

The. Sed vbi illa illius quam dixti nutrix eſt.

Ban. In ipſo itinere vt naui vecta mortua eſt.

Theo. Scin' quod ei nomen?

Ban. *Vrſula.*

Theo. *Vrſula* et *Detfordia*? quanta ſpes eſt? ſed nunquam narrauit nutrix quænam aut cuius eſſet hæc?

Ban. *Londinenſis*, filiam ſenatoris cuius no-

men *Manileus* reor.

Theo. Forte *Manlius.*

Ban. Ita eſt, huic item nomen dixit *Jſabella*

Theo. O dij *Iſabella* etiam ?

Ban. Nam *Roſabella* pater illius *Alphonſus* ſuppoſititius poſtea ei indidit.

Theo. Detfordia——Vrſula——Manlius—Jſabella—— ſigna quam conueniunt ? vix me contineo ab amplexibus. Sed ecquid meminiſtin' amplius.

Ban. Nihil niſi nutrici mortuæ ſurripui quãdam icunculam ſuccino celatam, quam vſq; adhuc in crumena geſtaui mecum popter artificium.

Theo. Eam commonſtra *Bannacar.*

Ban. Eccam tibi.

Theo. Antoni mi adeſdum. Scis vt olim *Manlius Dorotheæ* maritus meæ duas priore habuit vxore filias, *Catherinam* quæ eam *Antonini* vxor et *Iſabellam* quam tibi deſponſauimus olim cum eratis paruuli. Nam balbutientes etiam illa te virum illam tu vxorem appellitaſtis inuicem, nos in ſponſalibus vero conſimiles vtriuſque imagines vobis ſuccino artificio ſculptas dedimus, atque illa ipſa quæ tum *Iſabellæ* data eſt en pueri et puellæ hæc eſt effigies, vide, hæc tui imago, illa *Jſabellæ*, en dextras iunctas hic in coniugij fidem, geminas illic conſtrictas facies vides, et cornices duas ſymbolum nuptiarum, en literas etiam vtrinque has inſcriptas *A.* et *J.* id eſt *Antonius*, *Iſabella.*

Ant

Ant. Intus gemmam plane ſimilem habeo cum literis *J.* et *A.*

The. Nempe *Iſabella Antony*, ipſa et eadem qua nunc tibi data itidem iam certo noui quæ tibi deſponſata olim: hæc tua *Iſabella* eſt.

Ant. O mirum ſtupens gaudeo.

Theo. O mea chara *Iſabella* nurus nunc ſine me te amplecti indignum licet.

Roſ. Fortuna blanditur iterum, nunc iterum captatum venit.

Theo. Non venit, fortunam tuo nunc tempe-res arbitrio.

Ant. Roſabella quæ eras antea *Iſabella*, nunc mea es, bis te inueni, videor bis vitam viuere.

Theo. Euge amplexamini inuicem et ego v-troſque, fili et filia ignoſcas tu mihi quæſo quod temere facturus modo

Roſ. Si quid feciſti male non memini pater ſed quod nunc boni facis nunquā dememinero.

Theo. Quam bene dixit? O *Antoni* quam beatus es.

Ant. Fateor at tu pater da veniam quæſo quod ſtulte feci apud te mentiens hodie, amare enim et ſapere nemini conceditur.

Theo Sapis tu ſapit illa, vobis ego? vos mihi ignoſcite, ſolus ego inſipiens. O *Bannacar* quanto tu me prudentior? ſed niſi ego tibi bona multa faciam nemo me natum putet.

Ant. Etiam ego *Bannacar.*——

Roſ. At ego plurimum.——

Ban. Tam bene vobis gaudeo meâ eueniſſe operâ.

Ant. *Triconi* etiam quæſo faxis veniam.

Roſ. Faxis obſecro nam abſque illo concubina fuiſſem *Ignorami* hodie.

Theo. Meritus eſt iam ille, et vos vt hoc, et illud, et omnia quæ vultis faciam.

Act V. Scæna VIII.

Trico. Theodorus. Roſabella. Bannacar. Vince.

Tri. Meo hinc ex latibulo fauſta accepi ſingula adibo iam confidenter exaudiui here bene cecidiſſe omnia. Ecquid me laudas? non ego nunc bonus *Trico* ſum?

Theo. Bonus es *Trico* et beatus quod cecidit.

Tri. Næ, ego homines iſtos odi mendaces tuus, *Trico*, et tibi et *Torcol* vera ſemper narrauit hodie.

Theo. Verum id etiam mi *Trico* ſudaſſe te apud villam.

Tri. Verum id etiam mentali nempe reſeruatione here, recte ego hic eram ſed apud villam animus.

Theo. Ha ha he quam doctus.

Tri. Didici ex *Cupis* libris. Agetur ſi placet comœdia in nuptijs mea, nomen ei *Æquiuocus*.

Theo. At *Loiola* tantum venit in *Tragediam* apage.

Ant. Pater ne quis mæror noſtris immiſceatur nuptijs ſuppoſititio patruo *Iſabellæ*, *Torcol* quæſo 600. des pro alimentis aureos, quos ille reſoluat *Ignoramo* qui tanto quaſi emerit hodie hanc.

Theo. Libenter et hoc et amplius, *Trico* cape hunc torquem aureum, et *Torcol* illum, et *Ignoramum* ſimul ad me adducito, dato hanc arrham ijs daturum me quod placuerit illos, et quantũ eſt hominum venuſtiorum ad me ad ſcænam cras perinde invoces, ibi luſus ridebimus tuos, triſtis abibit nemo.

Tri. Iam herus meus es iam tibi nomen quæris.

The. Da dextram: *Trico*, hercle amo te.

Tri. Niſi te redamem here, at neſcis quid nunc ſentio, abi, amo te medullitus.

Theo. Mi *Trico* mi *Bannacar* vobis beneſaciam.

Tri. Nigellus *Bannacar*, et *Trico* here ſerui quantiuis pretij ſunt?

Theo. Dixti, ſed abi nunc tu.

Tri. Torquis huius fide abeo nunc ad *Torcol* poſt ad *Ignoromum* huc ad te ambos adducam ſi poteſt ocyus.

Vin. Sir, my Lady would deſire you to come in Maſter Antony *and Miſtreße* Catherine, *they are new come in, the Coach is at the other gate.*

Theo. Mi formoſe puer da mihi manum.

Vin. Manus, *ô that's a hand*, Nell *can tell you ſir what's* brachium *too.*

The. Eamus *Iſabella* ad *Dorotheam* vt eam hoc impertiamur gaudio.

Act

Act V. Scæna IX.

Pyropus. Antonius. Vince.

Pyr. Illic iterum conſpicor, quanquam timeo, compellabo eum heus, heus.

Vin. Is you name heus *ſir? here's one called heus or Hugh.*

Ant. Quis eſt?

Pyr. Redde, quæſo, mihi ornamenta.

Ant. O *Pyropi*, I intro mecum, iam ſtatim dabuntur tibi.

Pyr. Iamne ergo noſtras es? Iamne *Antonius*?

Ant. Sum, accede huc quæſo, introeas.

Pyr. Blandior eſt quam fuit, mali aliquod ſuſpicor, antea verberauit me *anglicè*, nunc capere cupit iterum, vt verberaret *gallice*.

Ant. Ades, mi amice, quo recedis?

Vin. He lookes fearefull, and ſpeaking like one that went to ſteale Deare.

Ant. Obſecro; quid times?

Pyr. Hercle vt benigne conueniat, patiar potius tuum dimidium, quam rurſus vapulari.

Ant. Mea fide non fiet.

Pyr. Num fide huius annuli?

Ant. Immo bona fide iam: Neceſſitas facere nos ſæpe ſubigit, quod diſconuenit, quamobrem

veniam

veniam tu mihi dederis, nam alius fio nunc.

Pyr. Credam ne blanditijs tuis?

Ant. Audacter licet.

Vin. What a ſlie buzzard it is, a man can ſcarſe get a ſhoote at him with a ſtalking horſe, hee hath beene ſcared ſure.

Pyr. Nullum nunc næuum video.

Ant. Nullus eſt, ne metue, cape hanc tuam pænulam, primùm en proijcio.

Vin. Shall heus haue your coate ſir? I would he would goe to dice with me for it, I haue high and low men here, ô ye little french *pages, i'le ſting you efaith.*

Ant. Eamus, cænabis tu hic mecum. Reliquæ veſtes, et nummi etiam auctario intus dabuntur tibi.

Pyr. Equidem credam tibi? eamus.

Exeunt Ant. et Pyr.

Vin. What ſport ſhall I haue now? if 'twere not too late, I would goe to loggets with the mariners; well, ile goe paſſe commers by, and ſnach hatts with the Pages, *or ile goe throw ſtones at ſome or other, ô I loue that ſport aliſe; but firſt ile goe and pinne this fox taile at ſome bodies back, oh fine and patt, heere comes company.*

Act. V. Scæna X.

Torcol. Trico. Ignoramus. Dulman. Vince. Muſæus.

Tri. HErcle eſt vt dixi.

Ign. Bein, bon, proue leur face. *Tor.*

Tor. Quoniam pecunia reddetur nobis, *Roſabellam Antonij* inuentam *Iſabellam* gaudeo, *anglam* fuiſſe antea ſciui ſurreptitiam, quam frater *Alphonſus* filiam adoptauit ſibi, hoc autem et illam, et alias ſpe lucri, huc vſque celaui ſedulo.

Ig. Si *Roſabella* erat *Antonij* eſpouſe antea, *et per conſequent en* couuert barne, gaudeo me non maritaſſe eam, ne fuiſſet maritagium amiſſum per defaltam.

Tri. Per defaltam, patrone, recte ais.

Ig. Cliens, ergo ſum contentus ſi magiſter tuus *en ce cas de diſſeiſin* reddet mihi meas ſexcentas coronas.

Tri. Torquis huius fide reddet quod placuerit.

Vin. A pox on't, 'twill not ſticke, lend mee a great pin ſome body, ô heere's one.

Tor. Interea dum numeret herus, torquem da mihi *Trico*.

Ig. Tibi? immo mihi *donnez moy ou ie feray diſtreſſe.*

Tor. Habeas, ſenior habeas.

Tri. Sed primum inter nos bonam componi gratiam volo, da manum, ſenior *Torcol.*

Tor. Quoniam tam lepide me verſauiſti, *Trico*, en tibi.

Tri. Patrone, da dextram tuam; atque eccam catenam pro arrabone tibi.

Ig. Age cliens, pone eam primum circa collum meum, nunc do manum tibi, et tibi *Torcol*, amici erimus iam.

Tor. O ſenior *beſo las manus.*

Ig. Sed tangam hoc primum, vt videam ſi ſit legale aurum, oh eſt bonum, iam ero curteſius dum habeo coronas ſolutas: poſt faciam vt volo; ô mi cliens, cape ambas manus, imbraſo te.

Tri. O patrone, vt ego amo te.

Ign. I am full of curteſie now, and full of craft, for all this, if I catch them at Weſtminſter 'ile tickle them, who's behind me there? ha?

Vin. O ſir, I perceiue you are mine owne countriman, I haue a Latine to make, for Gods ſake helpe me: what's latine for an Alehouſe keeper?

Ign. Tiplator ceruiſiæ *boy.*

Vin. *I thanke you ſir, and what's latine for a Teſter?*

Ig. Sixpence, Anglicè *a teaſter.*

Vin. why this is ſixepence for a teaſter, what haue I got by it? and what's for a ſhoomaker ſir?

Ig. In dicto comitatu *Shoomaker.*

Vin. And what ſir is a veluet cap vpon the hinder part of a redſpeckled hogs head?

Ig. Berlady that's hard, it is, pileus de nigro *veluet* ſuper occiput capitis porci coloris *redſpeckle.*

Vin. I can make as good Latine as this, in has and hus, and in orum *and* arum; *as thus, your* worſhipparum *is a* Noddicockarum *in a* veluet capparum.

Ig. Ile tell your Maſter ſirra, ile bring you to a Noune, your hoſe goe downe.

Vin.

Vin. *Nay good ſir make make me one Latine more, what's a foxe taile at a fooles backe? a foole is* hic ſtultus, *I know.*

Ign. *Is it euen ſo? indeede? a rod, a rod, what's your Maſters name ſirra?*

Vin. *As* in præſenti, *ſir, you know him well enough.*

Ign. *what?* qui, quæ, quod, *heere efaith? Ile tell your Maſter, what's that they looke and laugh at Dulman? what's behind me there?*

Dul. Profectò eſt vulpis cauda tenes in fox taile iam, vis me virgare hunc puerum.

Ign. Fac ſi potes———

Vin. *Come, come and you dare; I haue ſtones heere efaith.*

Dul. *Will you? will you throw ſtones?*

Vin. *I that I will.*

Dul. *O my ſhinnes.*

Vin. *It was well bit, now ile away.*

Exit Vinc.

Ign. Sine eamus hinc vt accipiamus coronas.

Tor. Eamus.

Tri. Herus, vult etiam vos cænare hic.

Ign. *Q'uil ſoit alons.*

Tri. *Dulman* da manum etiam.

Dul. Peſtis de te, tu es *Mendoza.*

Tri. Vinum et ſaccarum iam *Dulman.*

Dul. Bene pardono te pro Saccaro.

Ign. Iam tu venis *Muſæe* tu ſeruis tibi, *alons, alons.* *Exeunt.*

Act

Act V. Scæna XI.

Caupo. Cupes. Cola. Meretrices. Polla.

Caupo. Iſtas, vt vides, nos non paruo pretio huc ad te perduximus.

Cupes. En ergo quod promiſi præmium! fac iſtis continuò apud vos conuiuium nitidè apparetur, dum cantione illæ interea hic nos oblectent paululum.

Caup. Curabitur quod iubes.

Exit Caup.

Cup. Nunc vos amicæ lepidæ aliquam accipite lepidam cantiunculam.

Col. Agite mellitulæ, vos ego abſoluam ſingulas.

Pol. Nuntiatum eſt mihi, in caupona modò, virum cum ſcortis meum eſſe hic, quod ſi inuenero faxo vt hominum hodie facile ſit miſerrimus.

Cup. Perij funditus, ſi me viderit illa: Confeſſor, ſub togâ ſinito me, quæſo, abſtrudi hic, tantiſper dum hæc abierit.

Col. Age, ſi quæſierit, vidiſſe te pernegauero

Pol. O, vos eſtis ſcortæ illæ delicatæ, quæ meum corrumpitis adeo virum mihi; abite peſſimum, abite mercimonium.

Exeunt Meretrces.

Col.

Col. Hunc librum in manum capiam, ſimulabo quaſi meditabundus ſum.

Pol. Sodalem eius video, non longe is abeſt, ſcio, *Cola*, Frater *Cola*, *Cola*, inquam! quod malum ſurdaſter es? *Cola* omitte librum et reſponde mihi.

Col. Abſcede quæſo, ne me iam interpella, meditor ego nunc acriter conciones meas Quadrageſimales.

Pol. Attamen accede obſecro paululum, vt tecum loquar.

Cup. Profecto iam non vacat, abi quæſo; optima pene mihi excidit meditatio.

Pol. Sed paulillulum.

Col. Næ, næ, perturbas nimis

Pol. Saltem narra nunc, vbi belliſſimus meus vir eſt.

Col. Hic non eſt vides, ſed vbi vbi eſt, iam fratris cucullo tectum eſſe ſcio.

Pol. Iam ne ergo fratris habitu alienas ille exorcizat foeminas? ô ſi nunc deprendere poſſim eum! ſed bene eſt, ſic ſino, conſimili modo illi parem referam gratiam. Eamus ſodes intro ad me, mi frater.

Col. Occupatiſſimus nunc ſum, cæterum quid intus facerem?

Pol. Tu me illo exorcizabis pacto, meus quo vir alienas exorcizat foeminas, talionis lege illum vlciſci cupio.

Col. Ne tu tàm malè cogites.

Pol. Male? ante hac dixti mihi caſum eſſe hunc conſcientiæ.

Col.

Col. Quis caſus? tace.

Pol. Nempe invitus, ſi alienis cubet, vxori licere idem, memini verba, Idem ius dixti *Titio*, quod *Sempronio*.

Col. Ego hoc tibi? quando?

Pol. Vt diſſimulas! tum cum poſtremo tu cubabas mecum. Scis me vera dicere.

Col. Tace, nunquam factum quidem, oh, oh, ho. *Cupes pincheth him by the legges.*

Pol. Quid eſt?

Col. Sub tunica nunc neſcio quis me pungit pulex.

Pol. Neſcio quis me nunc pungit etiam pulex, eamus.

Cup. Eamus! Immò mane propudium, nunc quaſi ex equo *Trojano* prodeo huc. Iam capta es *Troja*, *Et tu magne Trojæ vaſtator Achilles.*

Pol. Quid hoc rej eſt? num tu ex aluo egeſſiſti hunc?

Col. Certè per iocum illa.

Cup. Per iocum? ſiccine iocamini? ah *Polla*, ex induſtria delitui hîc egò, vt te caperem.

Pol. Immò flagitij conſcius, hic te occuluiſti, ſciui bene, *Cupes*.

Cup. *Polla*, jam ſumus ergo pares.

Col. *Cum ſitis ſimiles, pareſq; vitâ*
Vxor peſſima, peſſimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Pol. At poſt hac conuenerit mihi, *Cupes*.

Cup. Ain'? ſignemus oſculo.

Col. Viuite poſthac concordes et vnanimes.

Cup.

Cup. Nec benedictiones frater tuas, nec caſus volo conſcientiæ, cæterum amo te.

Pol. Ego eo intro mi vir niſi me quid vis.

Cup. Eamus, Quanquam ſceleſtus es, me amas, ſcio.

Col. Medullitus. *Exit Cola.*

Act V. Scæna XII.

Trico. Cupes. Trico laganam vini affert et Cyathum.

Tri. Heus *Cupes, Cupes*;

Cup. O mi congerro, *Trico*!

Tri. Hoc ſupplicaui *Cupes* pro meritis, vti ipſe *libare* tibi, nam comicè aput nos, tranſacta ſunt omnia. *Ignoramo Theodorus* ſexcentos reſaluit aureos, *Torcol* etiam benignè ſatisfecit, Hic intus itaque nihil niſi epulæ concordiæ, ſaltatiunculæ, riſiones, cachinni, joci, amplexus, ſuauia ſuper ſuauia.

Cup. Atque id nunc ſerio ego triumpho *Trico*, nam meâ operâ effecta ſunt hæc omnia.

Tri. Immo mea, *Cupes*, qui primo a naui reduxi huc *Antonium*.

Cup. At ego, *Trico*, cornu abſterrui *Ignoramum* hinc.

Tri. At ego *Cupes* cauſa propoſita illum retinuj antea, poſt, ego ad te deduxi *Dulman* etiam.

Cup.

Cup. At *Trico*, quis ſe *Torcol* ſimulauit? pro *Roſabella* quis dedit *Pollam* ſubdititiam? quis ſaccarum *Dulman* finxit? et *Roſabellam* quis ſubduxit poſtea? annon ipſe *Cupes*?

Tri. At quis *Antonium* docuit quâ patrem næuo et *anglico* ſermone falleret? annon ipſe *Trico*?

Cup. At *Trico*, quiſnam frater fuit exorciſta? quis in errore firmauit *Theodorum*?

Tri. *At Cupes* ———

Cup. At *Trico* ——— tace nunquam tu me vinces hodie in nequitia.

Tri. Bene vtrinque factum eſſe ſcio, at *Cupes* quis inuenit? ———

Cup. Inuenit *Trico*, ſculpſit *Cupes*.

Tri. Bene, ſic, Itaque componantur hæc. Sed euentus, *Cupes*, rebus præſtat omnibus.

Cup. Euentum times? non eſt quod deſperes: namq; ſecundũ fore, Domini noſtri, viri optimj maximj clementia ſpem dat, quem penes eſt euentus, proſpero itaque euentui, quod foelix, faſtumque, nunc libemus auſpicatò cyathum.

Tri. Quin potius ipſius euentus ſummo Imperatori ſacram illam ſalutem voueamus, in cujus vnius ſalute omnium noſtrum continetur ſalus ———

Cup. Accipio omen ——— Nunc vos obſtringo ſpectatores, vt hoc noctis, cras ſaltem, hoc idem ſuſcipiatis et ſoluatis votum.

Tri. Quod qui non lubentes vouerint, ſoluerintque, vxores *Pollá* infeſtiores hebeant.

Cup.

Cup. Iidemque ſtupido *Dulman* ſtupidiores, et infaceto *Ignoramo* audiant infacetiores.

Tri. Iidemque operâ carnificis torto collo, magis quam ipſe *Torcol.*

Cup. Iidemque bona verba ſimul cum *Surda* audiant;

Tri. Iidemque bibant, illos quod nunquam tranſeat. Igitur qui magnum vitare vultis infortunium, quique omnia euenire vobis foeliciter vultis, ſaluti domini noſtri, Pij fælicis, ſemper *Auguſti*, vt nos modo, & animo lætè apprecemini, eidemque vniuerſi omnes, quod decet, clarè *PLAVDITE.*

FINIS.

EPILOGVS.

IGNORAMVS.

ST, ſt, *pax, pax, ſeruate pacem cum mani-bus, vos ridetis et plauditis, ſed quid iam poſtea fiet de veſtro pouero* Ignoramo? *nam niſi habemus* ſuperſedeas de non moleſtando *fratres mei* Ignorami *nos moleſtabunt ſine mode-rata miſericordia, et veſtro pouero* Ignoramo *eſt bootatus et ſpurratus (vt videtis) ire ad* Londinum, *ſed ſine protectione Regali non au-det ire vltra* Barkeway *aut* Ware *ad plus, vt eleganter quidem legalis* Poeta, *quare ſereniſ-ſime* Domine *ſupplico vt concedas per* literas *tuas* patentes *ſaluum conductum mihi, et con-ſortijs meis, vos* Monſieurs *huic ſupplicationi ſi placet veſtras manus apponite.*

¶ *Excudebat* T. P. 1630.
